

Saint Jean de
Lalande,
pray for us!



ELIAS QUIDEM VENTURUS EST, ET RESTITUET OMNIA.

Lalande Library of Rare Books

DICO VOBIS, QUIA ELIAS JAM VENIT, ET NON



COGNOVERUNT EUM, SED FECERUNT IN EO QUAE CUMQUE VOLUERUNT.

<http://lalandelibrary.org>

If you appreciate this book, please consider making a tax-deductible donation to Corpus Christi Watershed, a 501(c)3 Catholic Artist Institute.

For more information, please visit:

<http://ccwatershed.org>



ELIAS QUIDEM VENTURUS EST, ET RESTITUET OMNIA.

Lalande Library of Rare Books

DICO VOBIS, QUIA ELIAS JAM VENIT, ET NON



COGNOVERUNT EUM, SED FECERUNT IN EO QUAE MQUE VOLUERUNT.

:: 1874 :: *DIRECTORIUM CHORI* :: Pustet


264.033
P 9

DIRECTORIUM CHORI

AD USUM
OMNIUM ECCLESIARUM


IN QUIBUS

OFFICIUM DIVINUM JUXTA RITUM S. ROMANÆ
ECCLESIAE CANTARI SOLET.



AD NOVAM BREVIARII ROMANI EDITIONEM
EXACTUM

ET RECENTIORIBUS AC FESTIS PRO ALIQUIBUS
LOCIS ADAUCTUM.



SUB AUSPICIIS SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
PII PP. IX.

CURANTE SACR. RITUUM CONGREGATIONE.

CUM PRIVILEGIO.

Rev. J. T. Mc Nalley.



JULY 24 A. D., 1887.

LIBRARY OF

ST. CHARLES COLLEGE SEMINARY,


RATISBONÆ **COLUMBUS, OHIO** GINNATHI

SUMTIBUS, CHARTIS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET
S. SEDIS APOST. ET SACR. RITUUM CONGREGATIONIS TYPOGRAPHI.
MDCCLXXIV.

Parisiis, P. Lethielleux. — Tilburgi, W. Bergmans. — Brugis, Beyaert-Defoort.
Londini, Burns & Oates et R. Washbourne. — Tornaci, H. Casterman Vidua.

RECTORII CHORI
AD USUM
ECCLESIAE
IN QUIBUS
JUXTA RITUM S. ROMANE
CANTARI SOLET.
SECUNDA EDITIONEM
PRO ALIQUIBUS
NOSTRI

86-1033
p9



RATISBONEN.



uum Fridericus Pustet Typographus Ratisbonensis Editionem Directorii Chori, quod Joannes Guidetti auctoritate et privilegio Gregorii Papæ XIII. et Sixti Papæ V. edidit, jam perfecit, quumque Editio ipsa, utpote diligenter exarata, et Recentioribus Festis pro aliquibus locis ad hæc usque tempora locupletata ad normas eidem Typographo præscriptas per Commissionem a Sacra Rituum Congregatione deputatam, plurimum conferat ad augendum Dei cultum et ad cantum Gregorianum

Typographus Fr. Pustet sibi reservat et vindicat
Jus proprietatis.

Entered, according to Act of Congress in the year 1874, by
Fr. Pustet,
in the Office of the Librarian of Congress at Washington, D. C.
Déposé.

Approbatio.

Attenta fide Censuram deutorum poterit
imprimi.

In fidem etc.

Ex Secretaria Sacrae Rituum Congregationis.


Die 4. Februarii 1873.

(L. S.)

D. Bentivoglio S. D. C. Secretarius

Typographus Fr. Pustet sibi reservat et vindicat
Jus proprietatis.

Entered, according to Act of Congress in the year 1874, by
Fr. Pustet,
in the Office of the Librarian of Congress at Washington, D. C.
Déposé.




RATISBONEN.



uum Fridericus Pustet Typo-
graphus Ratisbonensis Editionem
Directorii Chori, quod Joannes
Guidetti auctoritate et privilegio
Gregorii Papæ XIII. et Sixti Papæ V. edidit,
jam perfecit, quumque Editio ipsa, utpote
diligenter exarata, et Recentioribus Festis pro
aliquibus locis ad hæc usque tempora locuple-
tata ad normas eidem Typographo præscriptas
per Commissionem a Sacra Rituum Congrega-
tione deputatam, plurimum conferat ad augen-
dum Dei cultum et ad cantum Gregorianum

in Ecclesiastica Liturgia Romana pro Officio
Divino adhibendum; prædicta Sacra Congre-
gatio Editionem ipsam Reverendissimis Loco-
rum Ordinariis ac iis omnibus, qui Musicae
sacrae curandae onus habent, maxime commendat.

Die 27. Novembris 1873.



C. Episcopi Archiepiscopi et Episcopi

Cardinalis Archiepiscopi S. R. E. Praefectus

= D. Bentivoglio S. D. C. Secretarius =

De usu et modo utendi DIRECTORIO.

Usus praesentis operis pertinet non ad quos-
cunque choro ministrantes, ut puta ad mus-
icos aut capellanos, aut si qui alii ad
canendum in choro ab extra vocantur; sed
hoc opus inservit proprie commoditati can-
onicorum, et aliorum beneficia possidentium in Eccle-
siis Cathedralibus, Collegiatis et Parochialibus ratione
quorum beneficiorum tenentur interesse divinis officiis
et certa quaedam chori munia obire, quae sine cantu
praestari non possunt. Haec autem chori munia praecipue
duo sunt: *Hebdomadarii* et *cantorum*. Hebdomadarius
est sacerdos deputatus per hebdomadam, ut praesit di-
vino officio; cantores vocantur qui ex officio sunt depu-
tati praecipua quadam ratione ad cantandum ea hebdo-
mada quae eis contingit. Unde quoties inferius nomen
cantorum legeris, non musicos stipendiatos intelliges,
sed eos, qui de clero ecclesiae ad cantoriam faciendam
pro tempore eliguntur.

Qui igitur hebdomadarii aut cantoris officium exer-
cens uti voluerit praesenti Directorio ad canendum in
choro divinum officium juxta modum, qui Cathedralibus,
Collegiatis et Parochialibus Ecclesiis usui esse potest,
ante oculos habeat ordinem *Breviarii Romani*, in quo cum
viderit officium diei occurrentis, requirat ejus titulum
in Directorio, et reperiet cantum officio convenientem.

Nova additamenta ad praesens Directorium, olim
a Joh. Guidetti editum sunt haec: *Psalterium completum*
(pag. (1) — (94) necnon *cantus integer Hymnorum* una-
cum festis recentioribus ab illo tempore in officium
divinum receptis non exclusis festis pro aliquibus locis.
Qua amplificatione totum officium quantum ad clericos
pertinet facile persolvi potest.

Hæc omnia juxta ordinem totius officii infra descripta sunt, ut sequitur.

Ad Matutinum.

Hebdomadarius dicto Pater noster. Ave Maria et Credo secreto, intonat clara voce. Dómine lábia mea, et Deus in adjutórium.

Cantores canunt prima vice totum *Invitatorium*, et eo repetito a choro musicorum et capellanorum, prosequuntur Psalmum Venite. alternantibus semper musicis *Invitatorium*.

Absolute Psalmo Venite. si est Dominica aut fit officium solemne, cantores accedunt ante hebdomadarium, et ei præintonant initium *Hymni*, quod hebdomadarius repetit. Si officium non est solemne neque Dominica, chorus musicorum intonat.

Dicto Hymno cantor in Dominica et die solemni dat hebdomadario primam *Antiphonam* Matutini, hebdomadarius repetit. Si officium non est solemne neque Dominica hebdomadarius per se intonat.

Intonata Antiphona et (si est festum duplex) absoluta a choro musicorum et capellanorum cantores bini, stantes in medio chori, sublimi voce intonant primum versum Psalmi. In Vigiliis autem, quatuor temporibus, Feriis Adventus et Quadragesimæ unus tantum cantor intonat.

Quod si cantor scire voluerit in quo tono Psalmus intonari debeat, advertat in Directorio post principium cujuslibet Antiphonæ, et ibi videbit *Finalem* ejus Toni in quo Psalmus canendus est, cum suo numero superscripto. Qui numeri significant, si est I. quod debet intonari in primo tono, si II. in secundo, si III. in tertio, et sic de reliquis. Qui Toni extensi cum omnibus suis Finalibus inveniuntur in fine Directorii (pag. 31* seq.), tam in Tono feriali quam festivo.

Finito primo Psalmo cum sua Antiphona, unus cantorum reliquas Antiphonas præcinit canonicis aut sacerdotibus assistentibus, servato ordine dignitatis et præcedentiæ. Quam singuli canonici juxta tonum traditum repetunt, et hoc tam in festis quam in feriis. Si non fuerint canonici Antiphona datur aliis ministris præsentibus habita ratione ejusdem præcedentiæ. Post intonationem cujuslibet Antiphonæ, cantores similiter ut supra intonant reliquos Psalmos; nec alios Psalmos intonant, nisi quos immediate præcedit Antiphona.

Absolute Nocturno in Dominica et diebus solemnibus dicuntur *Versiculi* a binis vel pluribus cantoribus. In feriis autem et diebus non solemnibus dicuntur a duobus musicis deputatis, præterquam in Vigiliis, Quatuor temporibus, et in feriis Adventus, et Quadragesimæ, quibus temporibus dicuntur ab uno tantum ex musicis.

Post Versiculos hebdomadarius alta voce dicit Pater noster. deinde secreto, usque ad Et ne nos inducas. Deinde sequitur *Absolutio* pag. 40*.

Statim aliquis ex ministris choro assistentibus præmonitus a cantore accedit ad locum ubi dicitur *Lectio*, et dicto Jube domne benedicere. postquam hebdomadarius benedixit, prosequitur *Lectionem*. Idem servatur in omnibus Nocturnis. In festis solemnibus et in Dominicis privilegiatis hebdomadarius dicit nonam lectionem.

In festis solemnibus et Dominicis cantor præintonat hebdomadario Te Deum laudamus. hebdomadarius replicat. Si non est dies solemnis nec Dominica cantores accedentes ad medium chori per se intonant.

Ad Laudes.

Hebdomadarius dicit clara voce Deus in adjutórium, deinde, si est Dominica aut dies solemnis, cantor porrigit ei primam Antiphonam; alioquin hebdomadarius per se intonat.

Intonata et (si fit officium duplex) absoluta Antiphona a musicis, cantores, quandoque bini quandoque singuli, intonant Psalmum juxta regulam ad Matutinum traditam.

Dicto primo Psalmo cum sua Antiphona, cantor prosequitur reliquas Antiphonas canonicis vel aliis ministris adsistentibus intonare, servato ordine ut supra. Et hoc tam diebus festivis quam ferialibus. Post quamlibet Antiphonam cantor aut cantores pergunt intonare Psalmos, ut supra dictum est.

Absolutis Psalmis hebdomadarius dicit *Capitulum*, deinde si est Dominica vel dies sollemnis cantor præcinit ei initium *Hymni*, quod ipse repetit. Si vero non est Dominica nec dies sollemnis intonat chorus musicorum.

Cantato Hymno dicuntur *Versiculi*; si est Dominica aut dies sollemnis a duobus vel pluribus cantoribus. Cæteris temporibus servatur eadem regula, quæ superius data est de *Versiculis Matutini*.

Post *Versiculos* Antiphona ad Benedictus (si est Dominica vel dies sollemnis) datur hebdomadario a cantore, aliter hebdomadarius per se intonat. Deinde cantores vel cantor, ut supra, intonant Benedictus.

Dicto Benedictus et replicata Antiphona hebdomadarius dicit alta voce Dominus vobiscum et Orémus, deinde Orationem. Si post Antiphonam Benedictus dicendæ fuerint preces, dicuntur ab hebdomadario et chorus musicorum et capellanorum respondet, quod etiam observatur per Horas. Si fient commemorationes, *Versiculi* in Dominica et diebus solemnibus dicuntur a duobus cantoribus, nec unquam a pluribus, etiamsi ratione majoris solemnitatis *Versiculos* post Hymnum dixissent simul quatuor vel plures cantores. Cæteris temporibus *Versiculi* dicuntur a binis musicis vel ab uno secundum regulam superius traditam.

Deinde hebdomadarius dicit alias Orationes, postea Dominus vobiscum. Tandem dicitur Benedicamus Domino: si est Dominica et dies sollemnis a duobus vel pluribus cantoribus, alioquin servatur idem ordo, qui in *Versiculis*.

Ad Horas.

Ad Primam, Tertiam, Sextam et Nonam. cantores nonnisi cum reliquis choro assistentibus recitant Psalmos, hebdomadarius autem dicto Pater noster intonat clara voce, Deus in adiutorium, et Antiphonam cujuslibet Horæ.

Psalmos autem intonat et prosequitur chorus musicorum et capellanorum cum cæteris adstantibus alternatim quousque veniat *Capitulum*, quod dicit hebdomadarius. *Responsoria brevia* cum *Versiculis* pag. 58*, per Horas dicuntur semper a duobus deputatis de capella musicorum, præterquam supradictis diebus Vigiliarum, Feriis Adventus et Quadragesimæ, et Quatuor temporum, quia tunc unus tantum deputatur.

Post hæc hebdomadarius dicit Dominus vobiscum, Orémus et Orationem. Deinde Dominus vobiscum, et idem hebdomadarius dicit Benedicamus, juxta tonum proprium qui habetur in fine Directorii pag. 56*.

Ad *Vesperas* hebdomadarius et cantores idem atque in *Laudibus* observant, præterquam quod Canticum Magnificat. cujus Toni reperiuntur pag. 37*, intonant duo ex musicis.

Quæ pertinent ad *Completerium* suo loco clare explicata habentur.

Toni et cantus omnium supradictorum, quæ hebdomadario aut cantoribus dicenda sunt, clare et juxta ordinem Breviarii habentur in hoc Directorio.

Præter ea autem, quæ ad hebdomadarium et cantores in officii celebratione canere pertinent, alia sunt

VIII

cum cantu dicenda, celebrantibus Missas, tam sacerdoti, quam Diacono et Subdiacono, quorum magis necessaria posita sunt in fine libri inter Communia Directorii pag. 64*.

Ad hæc canonicis cæterisque etiam alterius ordinis ministris adistentibus cantanda quædam inter sacra officia occurrunt: ut *Lectiones*, *Prophetiæ*, et si qua alia, quorum toni similiter in fine Directorii reperiuntur. Denique multa alia generalia, quæ ad ordinem Breviarii satis commode reduci non poterant, omnia in fine Directorii collata sunt, ut index demonstrat.

Notæ musicæ in hoc Directorio adhibitæ sunt triplices: ■ ♦ ■. Ordinarie nota ♦ dicta *semibrevis* minori temporis | spatio profertur quam nota *brevis* ■, *longa* autem ■ majori.

Quæ nota | *brevis* ■ per se tempus incertum exprimit, ita ut valor ejus syllaba cui incidit definiatur. Valet ergo regula: Cantabis syllabas sicut pronuntiaveris.

Illud postremo advertendum est, quod licet cantus tam diei festivi et solemnis quam ferialis, iisdem notis designatus in Directorio reperiatur, tamen quo dies erit solemnior, eo majori cum gravitate et dignitate in canendo vox sustentanda et moderanda est. Et hoc servandum est tam ab hebdomadario et cantoribus, quam a celebrantibus et aliis assistentibus in omnibus, quæ eis canenda occurrunt.



PSALTERIUM

DISPOSITUM


PER HEBDOMADAM

CUM ORDINARIO OFFICII DE TEMPORE.


DOMINICA AD MATUTINUM.

Hebdomadarius ingressus Chorum, et residens in suo loco junctis manibus dicit *Pater noster*. *Ave Maria*. et *Credo*. Quibus absolutis dicit clara voce *Dómine lábia mea apéries*. et *Deus in adjutórium meum inténde*. juxta tonos assignatos pag. 1* — 3*. Sic fit in omnibus Matutinis, tam festivis, quam ferialibus.

Invitatorium sequens dicitur ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam Septuagesimæ, et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum.



Ad - o - ré - mus Dó - minum: * Qui



fe - cit nos. Ps. Ve - ní - - te. Ton. I. pag. 3*.

Cantus Psalmi *Veníte*. cujus principium ponitur post finem cujuslibet Invitatorii, habetur extensus in fine Directorii. Repetito Invitatorio singulis Versibus Psalmi *Veníte*. semper inseritur Invitatorium, primo integrum, deinde dimidium inde ab asterisco.

Absoluto Psalmo *Veníte*. Cantor porrigit Hebdomadario principium Hymni pro tempore currentis, quod Hebdomadarius in eodem Tono repetit.

VIII

cum cantu dicenda, celebrantibus Missas, tam sacerdoti, quam Diacono et Subdiacono, quorum magis necessaria posita sunt in fine libri inter Communia Directorii pag. 64*.

Ad hæc canonicis cæterisque etiam alterius ordinis ministris adsistentibus cantanda quædam inter sacra officia occurrunt: ut *Lectiones*, *Prophetiæ*, et si qua alia, quorum toni similiter in fine Directorii reperiuntur. Denique multa alia generalia, quæ ad ordinem Breviarii satis commode reduci non poterant, omnia in fine Directorii collata sunt, ut index demonstrat.

Notæ musicæ in hoc Directorio adhibitæ sunt triplices: ■ ◆ ■. Ordinarie nota ◆ dicta *semibrevis* minori temporis | spatio profertur quam nota *brevis* ■, *longa* autem ■ majori.

Quæ nota *brevis* ■ per se tempus incertum exprimit, ita ut valor ejus syllaba cui incidit definiatur. Valet ergo regula: Cantabis syllabas sicut pronuntiaveris.

Illud postremo advertendum est, quod licet cantus tam diei festivi et solemnis quam ferialis, iisdem notis designatus in Directorio reperiatur, tamen quo dies erit solemnior, eo majori cum gravitate et dignitate in canendo vox sustentanda et moderanda est. Et hoc servandum est tam ab hebdomadario et cantoribus, quam a celebrantibus et aliis assistentibus in omnibus, quæ eis canenda occurrunt.



Y

P

H

signat
festivi
I
usque
costes

Invit
toriu

fe


C
finem
rector
Venit
deind

A
dario
Hebd

1

Sequens Hymnus dicitur ab Octava Epiphaniæ usque ad Dominicam I. Quadragesimæ et a Dominica proximiori Calendis Octobris usque ad Adventum.


Hymnus.
Ton. IV.




di-dit, vel quo resúrgens Cónditor nos morte vi-cta liberat.

Sequens Hymnus dicitur ab Octava Pentecostes usque ad Dominicam proximiorum Calendis Octobris.

Hymnus.
Ton. VIII.



per in psal-mis me-di-témur, at-que vo-ce concór-



di Dó-mi-no ca-ná-mus dúl-ci-ter hymnos.

Aliis temporibus a supradictis. Invitatorium et Hymnus dicuntur, quæ habentur in Proprio de Tempore pro Officii varietate.

Finito Hymno. Cantor porrigit Hebdomadario primam Antiphonam ad Matutinum, quam Hebdomadarius in eodem Tono repetit.


In I. Nocturno.

In Adventu. 1. Antiph. Ton. I. Fin. 2.




Vé-ni-et ec-ce Rex. Ps. 1. 2. 3. 6. pag. (1) — (3).

Per Annum. 1. Antiph. Ton. VIII. Fin. 1.




Ser-vi-te Dó-mi-no. Ps. 1. 2. 3. 6. pag. (1) — (3).

Temp. Pasch. Antiph. Ton. V.



Al-le-lú-ja. Ps. 1. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. p. (1) — (7).

In Adventu. 2. Antiph. Ton. II.




Confor-tá-te. Ps. 7. 8. 9. 10. pag. (3) — (6).

Per Annum. 2. Antiph. Ton. VIII. Fin. 1.




De-us ju-dex ju-stus. Ps. 7. 8. 9. 10. pag. (3) — (6).

In Adventu. 3. Antiph. Ton. III. Fin. 1.



Gaudé-te o-mnes. Ps. 11. 12. 13. 14. pag. (6) et (7).

Per Annum. 3. Antiph. Ton. VIII. Fin. 1.



Tu Dó-mi-ne. Ps. 11. 12. 13. 14. pag. (6) et (7).

Absolute quolibet Nocturno dicuntur Versiculi a deputatis pro varietate temporis.

In Adventu. V. Ex Sion spécies decóris ejus. Ton. p. 38*, 2.

R. Deus noster manífeste véniet.

Per Annum. V. Memor fui nocte nómimis tui Dómine.

R. Et custodívi legem tuam.

In Quadrages. V. Ipse liberávit me de láqueo venántium.

R. Et a verbo áspero.


Temp. Passionis. V. Erue a fr̄amea Deus ánimam meam.
R. Et de manu canis únicam meam.

Temp. Paschali. V. Surréxit Dóminus de sepúlchro, allelúja.
R. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

Dictis Versiculis cujuslibet Nocturni Hebdomadarius alta voce dicit Pater noster. pag. 40* deinde secreto usque ad Et ne nos indúcas in tentatiónem., Absolutionem et Benedictiones. pag. 40* et 41*.

In II. Nocturno.

In Adventu. 1. Antiph. Ton. IV. Fin. 1.




Gaude et læ-tá-re. Ps. 15. Consérva me Dómine. p. (7).

Per Annum. 1. Antiph. Ton. VIII. Fin. 1.




Bo-nórum me-órum. Ps. 15. Consérva me Dómine. p. (7).

Temp. Pasch. Antiph. Ton. V.




Al-le - lú-ja. Ps. 15. 16. 17. pag. (7) et (8).

In Adventu. 2. Ant. Ton. V.




Rex no-ster. Ps. 16. Exaúdi Dómine. pag. (8).

Per Annum. 2. Antiph. Ton. VI.




Propter ver-ba. Ps. 16. Exaúdi Dómine. pag. (8).

In Adventu. 3. Antiph. Ton. VI.



Ec-ce vé-ni-o. Ps. 17. Díligam te, Dómine. pag. (8).

Per Annum. 3. Antiph. Ton. VI.



Dí-li-gam te. *) Ps. 17. . . Dómine, fortitúdo mea. p. (8).

*) Et non repetitur in Psalmo: quod semper fit, quando Antiphona incipit a primo versu Psalmi, et Psalmus tunc incipitur ab eo verbo, in quo desinit Antiphona, sive integra dicatur, sive tantum inchoata: si tamen eadem sint verba, et continetur Antiph. cum Psalmo.

In Adventu. V. Emítte Agnum Dómine dominatórem terræ. Ton. pag. 38*, 2.

R. De petra desérta ad montem filiaë Sion.
Per Annum. V. Quóniam tu illúminas lucérnam meam Dne.
R. Deus meus illúmina ténebrás meas.

In Quadrag. V. Scápulis suis obumbrábit tibi.
R. Et sub pennis ejus sperábis.

Temp. Pass. V. De ore leónis libera me, Dómine.


R. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.

Temp. Pasch. V. Surréxit Dóminus vere, allelúja.
R. Et apparuit Simóni, allelúja.

Pater noster. secreto. V. Et ne nos. Absolutio.
Ipsíus pietas. pag. 41* sequ.


In III. Nocturno.

In Adventu. 1. Antiph. Ton. VII. Fin. 2.



Gá-bri-el An-ge-lus. Ps. 18. Cœli enárrant. pag. (10).

Per Annum. 1. Antiph. Ton. VII. Fin. 3.




Non sunt lo-qué-læ. Ps. 18. Cœli enárrant. pag. (10).


Temp. Pasch. Antiph. Ton. V.




Al-le - lú-ja. Ps. 18. 19. 20. pag. (10) et (11).

In Adventu. 2. Antiph. Ton. VI.


Ma-ri - a di-xit. Ps. 19. Exaúdiat te Dóminus. p. (11).

Per Annum. 2. Ant. Ton. VIII. Fin. 1.

Ex-aú-di-at. Ps. 19. te Dóminus. pag. (11).

In Adventu. 3. Antiph. Ton. IV. Fin. 1.

In ad-vén-tu. Ps. 20. Dómine in virtúte tua. pag. (11).

Per Annum. 3. Ant. Ton. VIII. Fin. 1.

Dó-mi-ne. Ps. 20. in virtúte tua. pag. (11).

In Adventu. V. Egrediétur Dóminus de loco sancto suo.
Ton. pag. 38*, 2.

R. Véniet ut salvet pópulum suum.

Per Annum. V. Exaltáre Dómine in virtúte tua.

R. Cantábimus, et psallémus virtútes tuas.

In Quadrag. V. Scuto circúmdabit te véritas ejus.

R. Non timébis a timóre noctúrno.

Temp. Pass. V. Ne perdas cum ímpiis Deus ánimam meam.


R. Et cum viris sánguinem vitam meam.

Temp. Pasch. V. Gavísi sunt discípuli, allelúja.


R. Viso Dómino, allelúja.

Pater noster. secreto. V. Et ne nos. Absolutio. A
vínculis. Bened. Evangélica léctio. Bened. Divínium au-
xílium. Bened. Ad societátem. pag. 42* et 43*.Si dicendus est Hymnus Te Deum laudámus. pag. 46*
Cantor præcinit initium Hebdomadario, quod ille in eo-
dem tono repetit.

Ad Laudes.

Hebdomadarius intonat clara voce Deus in adjutórium.
pag. 1*. deinde Cantor dat ei initium Antiphonæ primi
Psalmi. quod in eodem tono repetit.*Temp. Pasch. 1. Ant. Ton. VIII. Fin. 1.*

Al-le-lú-ja. Ps. 92. 99. 62. 66. ut infra.

A Dominica post Octavam Epiphaniæ usque ad Septua-
gesimam. et ab Octava Pentecostes usque ad Adventum;*1. Antiph. Ton. VI.*

Al-le - lú-ja. E u o u a e.

Psalmus 92.

Dóminus regnávít, decórem
indútus est, * indútus est
Dóminus fortitúdinem, et præ-
cínxit se.Etenim firmávit orbem terræ,
* qui non commovébitur.Paráta sedes tua ex tunc: *
a sæculo tu es.Elevavérunt flúmina, Dómine,
* elevavérunt flúmina vocem
suam.Elevavérunt flúmina fluctus
suos * a vóci-bus aquárum
multárum.Mirábiles elatiónes maris: *
mirábilis in altis Dóminus.Testimónia tua credibília fa-
cta sunt nimis; * domum tuam
deceat sanctitúdo, Dómine, in
longitúdinem diérum.Glória Patri, et Fílio, * et
Spirítui sancto:Sicut erat in princípío, et
nunc, et semper, * et in sæcula
sæculórum. Amen.Hic versus. Glória Patri. sem-
per die. in fine omnium Psal-
morum, nisi aliter notetur.

Psalmus 99.

Jubiláte Deo omnis terra: *
servíte Dómino in lætítia.
Introíte in conspéctu ejus *
in exsultatióne.Scitóte, quóniam Dóminus
ipse est Deus: * ipse fecit nos,
et non ipsi nos:Pópulus ejus, et oves pásuæ
ejus: * introíte portas ejus in
confessióne, átria ejus in hy-
mnis: confitémini illi.Laudáte nomen ejus, quóniam
suávis est Dóminus: in ætér-
num misericórdia ejus, * et
usque in generatióne et ge-
neratióne veritas ejus.

Psalmus 62.

Deus, Deus meus, * ad te
de luce vígilo.Sítívit in te ánima mea, * quam
multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia,

et inaquósa: * sic in sancto apparui tibi, ut vidérem virtutem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas: * lábia mea laudábunt te.

Sic benedicam te in vita mea: * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea, * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.


Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditábor in te: * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo. Adhæsit ánima mea post te: * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt animam meam: introibunt in inferióra terræ: * tradéntur in manus gládii: partes vúlpium erunt.


Rex vero lætábitur in Deo:

Temp. Pasch. 2. Antiph. Ton. VI.



Sur-ré-xit Christus. Cantic. trium puerorum. ut infra.

Per Annum. 2. Ant. Ton. VIII. Fin. 1.



Tres pú - e - ri. E u o u a e.

Canticum trium Puerorum.

Dan. 3. e.

Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

laudabúntur omnes, qui jurant in eo, * quia obstructum est os loquéntium iniqua.

Hic non dic. Glória Patri.

Psalmus 66.

Deus misereátur nostri, et benedicat nobis: * illuminet vultum suum super nos, et misereátur nostri,

Ut cognoscámus in terra viam tuam: * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus: * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent gentes: * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, et gentes in terra dirigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus: confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícit nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: * et métuant eum omnes fines terræ.

Benedícite Angeli Dómini Dómino: * benedicite cœli Dómino.

Benedícite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Dómino: *

benedicite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómino: * benedicite stellæ cœli Dómino.

Benedícite omnis imber et ros Dómino: * benedicite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis et æstus Dómino: * benedicite frigus et æstus Dómino.

Benedícite rores et pruina Dómino: * benedicite gelu et frigus Dómino.

Benedícite glácies et nives Dómino: * benedicite noctes et dies Dómino.

Benedícite lux et ténebræ Dómino: * benedicite fúlgura et nubes Dómino.

Benedícit terra Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite montes et colles Dómino: * benedicite univérsa germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino: * benedicite mária et flúmina Dómino.

Benedícite cete et ómnia, quæ

movéntur in aquis, Dómino: * benedicite omnes vólucres cœli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ et pécora Dómino: * benedicite filii hóminum Dómino.

Benedícit Israël Dóminum: * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite sacerdótes Dómini Dómino: * benedicite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus, et animæ justórum Dómino: * benedicite sancti, et húmiles corde Dómino.


Benedícite Ananía, Azaría, Misaël Dómino: * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Filium cum sancto Spíritu: * laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cœli: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.


Hic non dic. Glória Patri, neque Amen; in aliis Canticis dicuntur.

Temp. Pasch. 3. Antiph. Ton. VI.



Al - le - lu - ja. Ps. 148. 149. 150. ut infra. pag. 10.

Per Annum. 3. Antiph. Ton. VIII. Fin. 1.



Al - le - lu - ja. E u o u a e.

Psalmus 148.

Laudáte Dóminum de cœlis:
* laudáte eum in excelsis,
Laudáte eum omnes Angeli
ejus: * laudáte eum omnes
virtutes ejus.

Laudáte eum sol et luna: * lau-
dáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cœli cœlorum: *
et aquæ omnes, quæ super cœ-
lossunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt:
* ipse mandávit, et creata sunt.

Státuit ea in ætérnum, et in
sæculum sæculi: * præcéptum
pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra
* dracones, et omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies,
spiritus procellarum, * quæ
fáciunt verbum ejus.

Montes et omnes colles, * li-
gna fructífera et omnes cedri.

Béstiæ et univérsa pécora, *
serpéntes et vólucres pennátæ:

Reges terræ et omnes pópuli:
* principes, et omnes júdices
terræ.

Júvenes et vírgines: senes
cum junióribus laudent nomen
Dómini: * quia exaltátum est
nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cœlum
et terram: * et exaltávit cornu
pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus:
* * filiis Israël, pópulo appropin-
quánti sibi.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 149.

Cantáte Dómino cánticum
novum: * laus ejus in ec-
clésia sanctorum.

Lætétur Israël in eo, qui fe-
cit eum: * et filii Sion exsúl-
tent in rege suo.

Laudent nomen ejus in cho-
ro, * in tympano et psaltério
psallant ei:

Quia beneplácitum est Dómi-
no in pópulo suo: * et exal-
tábit mansuétos in salutem.

Exsultábunt sancti in glória:
* lætabúntur in cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gútture
eórum, * et gládii ancípites
in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindíctam in
natió nibus: * increpatiónes in
pópulis.

Ad alligá ndos reges eórum in
compédibus, * et nóbiles eó-
rum in mánicis férreis,

Ut fáciant in eis júdicium
conscríptum: * glória hæc est
ómnibus sanctis ejus.

Hic non dicitur Glória Patri.

Psalmus 150.

Laudáte Dóminum in sanctis
ejus: * laudáte eum in fir-
maménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus
ejus: * laudáte eum secún-
dum multitudínem magnítúdi-
nis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ:
* laudáte eum in psaltério et
cithara.

Laudáte eum in tympano et
choro: * laudáte eum in chor-
dis et órgano.

Laudáte eum in cymbalis be-
nesonántibus: laudáte eum in
cymbalis jubilatiónis: * omnis
spíritus laudet Dóminum.

Absolutis Psalmis ad Laudes Hebdomadarius dicit Capi-
tulum juxta Tonum positum in Communi Directorii. p. 50*.


Dicto Capitulo accedit Cantor. et stans e regione præ-
cinit Hymni principium, quod replicat Hebdomadarius.

Quando ad Nocturnum dicitur Hymnus Primo die,
quo. ad Laudes dicitur sequens

Hymnus.

Ton. IV.

1. **Æ**tér-ne re-rum Cón-di-tor, noctem diémque



qui regis, et téporum das tépora, ut ál-levés fastídium.

Quando ad Nocturnum dicitur Hymnus. Nocte surgén-
tes. ad Laudes dicitur


Hymnus.

Ton. IV.

1. **E**c-ce jam no-ctis te-nu-á-tur umbra, lux



et au-ró-ræ rú-ti-lans co-rú-scat: súp-pli-ces re-rum



Dó-minum ca-nó-ra vo-ce pre-cé-mur.

Absoluto Hymno dicuntur Versiculi juxta tonum, p. 38*, 2.

Per Annum. V. Dóminus regnávit, decórem induit.

R. Induit Dóminus fortitúdinem, et præcínxit
se virtúte.

A Septuagesima usque ad Quadragesimam:

V. Dómine refúgium factus es nobis.

R. A generatióne, et progénie.

Dictis Versiculis. datur Hebdomadario per cantorem Antiphona ad **Benedictus** pro tempore occurrens, ubi advertendum, quod in diebus non solemnibus ipse Hebdomadarius per se intonat Antiphonam ad **Benedictus**, et primam Antiphonam ad Matutinum et ad Laudes. Hymni intonantur a Cantoribus.

Canticum Zachariae.

Luc. 1. g.

Benedictus Dóminus Deus Israël, * quia visitávit, et fecit redemptionem plebis suæ:

Et exéxit cornu salutis nobis, * in domo David púeri sui, Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sæculo sunt, prophetárum ejus:

Salútem ex inimicis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos,

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris, * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod juravit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis,

Finito **Benedictus** cum sua Antiphona. Hebdomadarius dicit **Dóminus vobiscum**. et **Orémus**. deinde pronuntiat Orationem juxta tonum positum in Communi Directorii, pag. 51* pro varietate temporis, et cum in suo tono dixerit primam Orationem, si fient Commemorationes, dicit reliquas Orationes.

Post Orationem, si occurrat eo die aliquod Festum Simplex, fit de eo Commemoratio. Postremo (si id tempus requirit) fiunt Commemorationes de sancta Maria, de sancto Joseph, de Apostolis, et de Patrono Ecclesiæ in ordine aliarum Commemorationum, secundum illius dignitatem: et ultimo loco de Pace, ut infra in Vesperis Sabbati.

Deinde **Dóminus vobiscum**. tum per deputatos dicitur **Benedicámus Dómino**. cujus toni reperiuntur in Communi Directorii, prout tempus requirit, pag. 55* et 56*.

In fine, si discedendum sit a Choro, dicitur una ex Antiphonis B. M., ut habetur infra. pag. 60* — 64*.

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi,

In sanctitáte et justítia coram ipso * ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, prophéta. Altíssimi vocáberis, * præibis enim ante faciém Dómini paráre vias ejus,

Ad dandam sciéntiam salutis plebi ejus, * in remissionem peccatórum eórum,

Per víscera misericórdiæ Dei nostri, * in quibus visitávit nos, oriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

DOMINICA ad Primam.

Dicto **Pater noster**. et **Credo**. Hebdomadarius intonat clara voce **Deus in adjutórium**. pag. 2* et primam Antiphonam cujuslibet horæ. Psalmos autem prosequitur chorus musicorum et capellanorum quousque veniat Capitulum, quod Hebdomadarius dicit in suo tono, pag. 50*.

Responsoria brevia dicuntur ab uno vel pluribus deputatis de Capella Musicorum, prout tempus requirit: quibus dictis per Hebdomadarium pronuntiantur Preces et Oratio in tono debito.

Tonus in quo dicendum est **Benedicámus**. in fine Orationum per Horas, habetur proprius in Communi Directorii. pag. 56*, 8.


Tonus sequens Hymni **Jam lucis orto sidere**. dicitur tantum ad Primam, et quando tempus aut festum non requirit alium tonum, uti habetur pag. 57*.

Hymnus.

Ton. II.




1. **Jam lu-cis or-to sí-de-re De-um precémur**



súplices, ut in di-úrnis á-ctibus nos servet a nocéntibus.

In Dominicis per Annum, et temp. Paschali, Antiph.

Ton. VIII. Fin. 1.



Al-le-lú-ja.

E u o u a e.

Psalmus 53.

Deus, in nómine tuo salvum me fac, * et in virtúte tua júdica me.

Deus, exaúdi oratióem meam, * aúribus pércipe verba oris mei. Quóniam aliéni insurrexérunt

advérsum me, et fortes quæsiérunt ánimam meam: * et non proposuérum Deum ante conspéctum suum.

Ecce enim, Deus ádjuvat me, * et Dóminus suscéptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimicis meis, *
et in veritate tua disperse illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, *
et confitebor nomini tuo, Domine,
quoniam bonum est:

Quoniam ex omni tribulatione
eripuisti me, * et super inimicos
meos despexit oculus meus.

Sequens Psalm. Confitemini,
dicitur tantum in Dominicis,
quando fit Officium de Domini-
nica, ut in Psalterio, prae-
quam in Dom. a Pascha usque
ad Pentecosten. A Septuages-
sima vero usque ad Pascha
ejus loco dicitur Psalm. Do-
minus regnavit. pag. 7.

Psalmus 117.

Confitemini Domino, quoniam
bonus: * quoniam in sae-
culum misericordia ejus.

Dicat nunc Israel: Quoniam
bonus, * quoniam in saeculum
misericordia ejus.

Dicat nunc domus Aaron: *
Quoniam in saeculum miseri-
cordia ejus.

Dicant nunc, qui timent Do-
minum: * Quoniam in saeculum
misericordia ejus.

De tribulatione invocavi Do-
minum, * et exaudivit me in
latitudine Domini.

Dominus mihi adjutor: * non
timebo, quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adjutor, * et
ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Do-
mino, * quam confidere in ho-
mine:

Bonum est sperare in Domi-
no, * quam sperare in prin-
cipibus.

Omnes gentes circueverunt me,
* et in nomine Domini, quia
ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt
me, * et in nomine Domini,
quia ultus sum in eos.

Circumdederunt me sicut apes,
et exarserunt sicut ignis in
spinis, * et in nomine Domini,
quia ultus sum in eos.

Impulsus eversus sum, ut
caderem, * et Dominus suscepit
me.

Fortitudo mea, et laus mea
Dominus, * et factus est mihi
in salutem.

Vox exultationis et salutis *
in tabernaculis justorum.

Dextera Domini fecit virtu-
tem, dextera Domini exaltavit
me: * dextera Domini fecit
virtutem.

Non moriar, sed vivam, * et
narrabo opera Domini.

Castigans castigavit me Do-
minus, * et morti non tradi-
dit me.

Aperite mihi portas justitiae,
ingressus in eas confitebor Do-
mino: * haec porta Domini, ju-
sti intrabunt in eam.

Confitebor tibi, quoniam ex-
audivisti me, * et factus es mihi
in salutem.

Lapidem, quem reprobaverunt
aedificantes, * hic factus est in
caput anguli.

A Domino factum est istud, * et
est mirabile in oculis nostris.

Haec est dies, quam fecit Do-
minus: * exultemus, et laetemur
in ea.

O Domine, salvum me fac,
o Domine, bene prosperare: *
benedictus, qui venit in nomi-
ne Domini.

Benediximus vobis de domo
Domini: * Deus Dominus, et
illuxit nobis.

Constituete diem solemnem in
condensis * usque ad cornu
altaris.

Deus meus es tu, et confite-
bor tibi: * Deus meus es tu,
et exaltabo te.

Confitebor tibi quoniam ex-
audivisti me, * et factus es mihi
in salutem.

Confitemini Domino, quoniam
bonus: * quoniam in saeculum
misericordia ejus.

Psalmus 118.

Beati immaculati in via, * qui
ambulant in lege Domini.

Beati, qui scrutantur testi-
monia ejus, * in toto corde
exquirunt eum.

Non enim, qui operantur ini-
quitatem, * in viis ejus am-
bulaverunt.

Tu mandasti * mandata tua
custodiri nimis.

Utinam dirigantur viae meae
* ad custodiendas justificatio-
nes tuas.

Tunc non confundar, * cum
perspexero in omnibus man-
datis tuis.

Confitebor tibi in directione
cordis, * in eo, quod didici
judicia justitiae tuae.

Justificationes tuas custodiam:
* non me derelinquas usque-
quaque.

In quo corrigit adolescentior
viam suam? * In custodiendo
sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te,
* ne repellas me a mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia
tua, * ut non peccem tibi.

Benedictus es, Domine: * doce
me justificationes tuas.

In labiis meis * pronuntiavi
omnia judicia oris tui.

In via testimoniis tuorum
delectatus sum, * sicut in om-
nibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor, * et
considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis me-
ditabor: * non obliviscar ser-
mones tuos.

Retribue servo tuo, vivifica
me: * et custodiam ser-
mones tuos.

Revela oculos meos, * et con-
siderabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: * non
abscondas a me mandata tua.

Concupivit anima mea desi-
derare justificationes tuas * in
omni tempore.

Incepisti superbos: * male-
dicti, qui declinant a mandatis
tuis.

Aufer a me opprobrium et
contemptum, * quia testimonia
tua exquisivi.

Etenim sederunt principes, et
adversum me loquebantur: *
servus autem tuus exercebatur
in justificationibus tuis.

Nam et testimonia tua meditatio mea est, * et consilium meum justificationes tuas.

Adhaesit pavimento anima mea: * vivifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enuntiavi, et exaudisti me: * doce me justificationes tuas.

Viam justificationum tuarum instrue me, * et exercabor in mirabilibus tuis.

Dormitavit anima mea praetadio: * confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amove a me, * et de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elogi: * iudicia tua non sum oblitus.

Adhaesi testimoniis tuis, Domine: * noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri, * cum dilatasti cor meum.

Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tantum, quando fit Officium de Dominica, ut in Psalt., et in Festo Ss. Trinitatis.

Symbolum S. Athanasii.

Quicumque vult salvus esse, * ante omnia opus est, ut teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram inviolatamque servaverit, * absque dubio in aeternum peribit.

Fides autem catholica haec est, * ut unum Deum in Trinitate, et Trinitatem in unitate veneremur.

Neque confundentes personas, * neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filii, * alia Spiritus sancti.

Sed Patris, et Filii, et Spiritus sancti una est divinitas, * aequalis gloria, coaeterna majestas.

Qualis Pater, talis Filius, * talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius, * increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, * immensus Spiritus sanctus.

Aeternus Pater, aeternus Filius, * aeternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres aeterni, * sed unus aeternus,

Sicut non tres increati, nec tres immensi, * sed unus increatus, et unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius, * omnipotens Spiritus sanctus:

Et tamen non tres omnipotentes, * sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, * Deus Spiritus sanctus:

Et tamen non tres Dii, * sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, * Dominus Spiritus sanctus:

Et tamen non tres Domini, * sed unus est Dominus.

Quia, sicut singillatim unamquamque personam Deum ac Dominum confiteri christiana veritate compellimur: * ita tres Deos aut Dominos dicere catholica religione prohibemur.

Pater a nullo est factus, * nec creatus, nec genitus.

Filius a Patre solo est: * non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus a Patre et Filio: * non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres: unus Filius, non tres Filii: * unus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil majus aut minus; * sed totae tres personae coaeternae sibi sunt, et coaequales.

Ita ut per omnia, sicut jam supra dictum est, * et unitas in Trinitate, et Trinitas in unitate veneranda sit.

Qui vult ergo salvus esse, * ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad aeternam salutem, * ut incarnationem quoque Domini nostri Jesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, ut credamus et confiteamur, * quia Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius, Deus et homo est.

Deus est ex substantia Patris ante saecula genitus: * et homo est ex substantia matris in saeculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: * ex anima rationali, et humana carne subsistens.

Aequalis Patri secundum divinitatem: * minor Patre secundum humanitatem.

Qui, licet Deus sit et homo, * non duo tamen, sed unus est Christus.

Unus autem, non conversione divinitatis in carnem, * sed assumptione humanitatis in Deum.

Unus omnino, non confusione substantiae, * sed unitate personae.

Nam, sicut anima rationalis et caro unus est homo, * ita Deus et homo unus est Christus:

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, * tertia die resurrexit a mortuis;


Ascendit ad caelos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: * inde venturus est iudicare vivos et mortuos;

Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, * et reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam aeternam: * qui vero mala, in ignem aeternum.

Haec est fides catholica: * quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, salvus esse non poterit.

Gloria Patri.




R. br. Christe Fi-li De-i vi-vi, * Mi-se-ré-re no-bis.

Et repetitur: Christe Fili Dei vivi, miserere nobis.

Directorium chori.

2



V. Qui se-des ad dexteram Pa-tris. R. Miserere nobis.
 V. Glória Patri. pag. 58*. R. Christe Fili Dei.
 V. Exsúrge Christe, ádjuva nos. Ton. pag. 38*, 2.
 R. Et libera nos propter nomen tuum.

♩ Temp. Pasch. Ton. pag. 59*. Christe Fili Dei vivi, miserere nobis. * Allelúja, allelúja.

Et repetitur: Christe Fili Dei. V. Qui surrexísti a mórtuis. R. Allelúja, allelúja.

V. Glória Patri. R. Christe Fili Dei.


V. Exsúrge Christe, ádjuva nos. Allelúja. Ton. pag. 38*, 2.
 R. Et libera nos propter nomen tuum. Allelúja.

In feriali Officio, extra tempus Paschale.


Ad Primam.

Pater noster. Ave María. Credo. V. Deus in ad-jutórium. pag. 2*.

Hymnus. Jam lucis. ut infra. et sub hoc eodem tono in feriali Officio per annum cantari debent Hymni ad Tertiam, Sextam et Nonam.




1. Jam lu-cis or-to sí-de-re Deum precémur súp-



plices, ut in di-úr-nis á-ctibus nos servet a nocéntibus.


Per Annum. Antiph. Ton. VIII. Fin. 1.



Be-á-ti qui ámbulant. Ps. 53. Deus in nómine. pag. 13.

Tempore Adventus, Antiphona de Laudibus Dominica. aut ex propriis Laudibus.

Temp. Quadrag. Antiph. Ton. III. Fin. 1.



Vi-vo e - go. Ps. 53. Deus in nómine tuo. pag. 13.

Temp. Passionis. Antiph. Ton. I. Fin. 4.



Lí-be-ra me Dó-mi-ne. Ps. 53. Deus in nómine. p. 13.

Post Psalmum Deus in nómine tuo, loco Psalmi Con-fitémini. dicitur unus ex infrascriptis Psalmis, secundum Férias distinctas. Sabbato autem dicuntur tantum tres Psalmi, sicut in Festis.

Feria II. Ps. 23. Dómini est terra. pag. (13). **Feria III.** Ps. 24. Ad te Dómine levávi. pag. (14). **Feria IV.** Ps. 25. Júdica me, Dómine. pag. (15). **Feria V.** Ps. 26. Dóminus regit me. pag. (15). **Feria VI.** Ps. 21. Deus, Deus meus. pag. (12). **Sabbato** nihil additur, ut supra in Rubrica. Deinde dicitur Ps. 118. Beáti immaculáti. et Retribue servo tuo. ut supra. pag. 15.

R. br. Christe Fili Dei. ut supra. pag. 17.

In feriali Officio tempore Paschali.

et in Festis per Annum.


Post Psalmum Deus in nómine tuo. pag. 13, dicitur tantum Ps. Beáti immaculáti. et Retribue. pag. 15.

Deinde Antiph. competens, et reliqua, ut supra in Dominica. pag. 17 et 18.

Ad Tertiam.

Pater noster. Ave María. V. Deus in adjutórium.


Hymnus. Nunc sancte. ut infra. et secundum hunc eundem tonum regulantur Hymni ad Sextam et Nonam.



Ad Tertiam. 1. Nunc san-cte no-bis Spí-ri-tus, u-num Pa-tri

Ad Sextam. 1. Re-ctor potens, ve-rax De-us, qui tém-pe-ras

Ad Nonam. 1. Re-rum De-us, te-nax vi-gor, im-mó-tus in




cum Fí-li-o, di-gná-re promptus ín-ge-ri
re-rum vi-ces, splendó-re ma-ne illú-mi-nas,
te pér-manens, lu-cis di-úr-næ tém-po-ra



no-stro re-fú-sus pé-cto-ri.
et í-gni-bus me-ri-di-em.
suc-cés-si-bus de-tér-mi-nans.


In Dominicis per Annum, et
temp. Pasch. Antiph.

Ton. VIII. Fin. 1.



Al-le-lú-ja. Ps. 118. Legem pone mihi. ut infra.

In feriali Officio per Annum Hymnus Nunc sancte.
cantatur secundum tonum ad Primam pag. 18, cum
Antiphona sequenti. Ton. II.



De-duc me. Ps. 118. Legem pone mihi. ut infra.

Temp. Adventus, Antiph. de Laudibus Dominicæ,
aut ex propriis Laudibus.

Temp. Quadrag. Antiph.


Ton. VIII. Fin. 1.



Ad-ve-nérunt no-bis. Ps. 118. Legem pone mihi. ut infra.

Temp. Passionis. Antiph.

Ton. IV. Fin. 1.



Ju-di-cá-sti Dó-mi-ne. Ps. 118. Legem pone mihi. ut infra.

Psalmus.

Legem pone mihi, Dómine,
L^{viam} justificatiónum tuá-
rum, * et exquiram eam semper.

Da mihi intelléctum, et scrú-
tabor legem tuam; * et cu-
stódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam man-
datórum tuórum, * quia ipsam
vólui.

Inclína cor meum in testimó-
nia tua, * et non in avarítiam.

Avérte óculos meos, ne ví-
deant vanitátem: * in via tua
vivífica me.

Státue servo tuo elóquium
tuum * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum,
quod suspicátus sum: * quia
judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua:
* in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericór-
dia tua, Dómine: * salutáre tu-
um secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobránti-
bus mihi verbum: * quia spe-
rávi in sermónibus tuis.

Et ne aúferas de ore meo
verbum veritátis usquequáque:
* quia in judiciis tuis super-
spéravi.

Et custódiam legem tuam
semper: * in sæculum et in
sæculum sæculi.

Et ambulábam in latitúdine, *
quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar in testimóniis
tuis in conspéctu regum, * et
non confundébar.

Et meditábar in mandátis
tuis, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad
mandáta tua, quæ diléxi, *
et exercébar in justificatióni-
bus tuis.

Memor esto verbi tui servo
tuo, * in quo mihi spem
dedisti.

Hæc me consoláta est in hu-
militáte mea: * quia elóquium
tuum vivificávit me.

Supérbi iníque agébant us-
quequáque: * a lege autem
tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum
a sæculo Dómine, * et con-
solátus sum.

Deféctio ténuit me * pro pec-
catóribus derelinquéntibus le-
gem tuam.

Cantábiles mihi erant justi-
ficatiónes tuæ, * in loco pe-
regrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui,
Dómine, * et custodívi legem
tuam.

Hæc facta est mihi, * quia
justificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea, Dómine, * dixi,
custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam
in toto corde meo: * miserére
mei secúndum elóquium tuum.

Cogitavi vias meas, * et converti pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum, et non sum turbatus, * ut custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me: * et legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi * super iudicia justificationis tuae.

Particeps ego sum omnium timentium te, * et custodientium mandata tua.

Misericordia tua, Domine, plena est terra: * justificationes tuas doce me.

Bonitatem fecisti cum servo tuo, Domine, * secundum verbum tuum.


Bonitatem, et disciplinam, et scientiam doce me, * quia mandatis tuis credidi.

Prusquam humiliarer, ego deliqui: * propterea eloquium tuum custodivi.

Bonus es tu, * et in bonitate tua doce me justificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborum: * ego autem in toto corde meo scrupabor mandata tua.

Sequentia R. br. et alia in aliis Horis dicunt. in Dominicis, a II. post Epiph. usque ad Dom. I. Quadrag. et a III. post Pentec. usque ad Adv.; similiter et quae sequ. in feriali Officio.



R. br. In-clí-na cor me-um, De-us, * In te-sti-mó-

Coagulatum est sicut lac cor eorum: * ego vero legem tuam meditatus sum.

Bonum mihi, quia humiliasti me, * ut discam justificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui * super millia auri et argenti.

Manus tuae fecerunt me, et plasmaverunt me: * da mihi intellectum, et discam mandata tua.

Qui timent te, videbunt me, et laetabuntur: * quia in verba tua supersperavi.

Cognovi, Domine, quia aequitas iudicia tua, * et in veritate tua humiliasti me.


Fiat misericordia tua, ut consolatur me, * secundum eloquium tuum servo tuo.

Veniant mihi miserationes tuae, et vivam: * quia lex tua meditatio mea est.


Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerunt in me: * ego autem exercabor in mandatis tuis.

Convertantur mihi timentes te, * et qui novérunt testimonia tua.


Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, * ut non confundar.



ni-a tu-a. Inclina. V. A-ver-te ó-cu-los me-os,



ne ví-de-ant va-ni-tá-tem: in ví-a tu-a ví-ví-fi-ca me.
In testimonia tua.




V. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto.
Inclina.


V. Ego dixi, Domine, miserere mei. pag. 38*, 2.

R. Sana animam meam, quia peccavi tibi.

In feriali Officio per Annum.



R. br. Sa-na á-nimam me-am, * Qui-a peccá-vi ti-bi. Sana.



V. E-go di-xi, Dómi-ne, mi-se-ré-re me-i. Quia peccávi.
Glória Patri. pag. 58*. Sana animam.


V. Adjutor meus esto, ne derelinquas me. pag. 39*, 3.

R. Neque despicias me, Deus salutaris meus.


Temp. Advent. in feriali Officio.



R. br. Veni ad li-berándum nos, * Dómine Deus virtútum. V eni.




V. O-sténde fá-ci-em tu-am, et sal-vi é-rimus. Dómine.




V. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spirí-tu-i sancto. Veni.
 W. Timébunt gentes nomen tuum, Dómine. pag. 39*, 3.
 R. Et omnes reges terræ glóriam tuam.

Temp. Quadrag. in feriali Officio.



I-pse li-be-rá-vit me * De lá-que-o ve-nán-ti-um.
 Ipse liberávit.




V. Et a ver-bo á-spe-ro. De láqueo.
 Glória Patri. pag. 58*. Ipse liberávit.
 V. Scápulis suis obumbrábit tibi. pag. 39*, 3.
 R. Et sub pennis ejus sperábis.

Temp. Passionis in feriali Officio.



R. br. E-ru-e a fráme-a, * De-us á - nimam meam. Erue.



V. Et de ma-nu ca-nis ú-nicam meam. Deus ánimam meam.
 Erue. ut supra.
 V. De ore leónis líbera me, Dómine. pag. 39*, 3.
 R. Et a córnibus unicórnium humilitátem meam.


Temp. Pasch. in feriali Officio. R. br. Ton. pag. 59.*
 Surréxit Dóminus de sepúlchro, Allelúja, allelúja.
 Surréxit. V. Qui pro nobis pepéndit in ligno. Allelúja,
 allelúja. Glória Patri. Surréxit.

V. Surréxit Dóminus vere, allelúja. pag. 39*, 3.
 R. Et apparuit Simóni, allelúja.

Ad Sextam.


Pater noster. Ave Maria. V. Deus in adjutórium.
 Hymnus. Rector potens. ut supra. pag. 20.

In Dominicis per Annum et tempore Paschali.
 Antiph. *Ton. VIII. Fin. 1.*



Al-le-lú-ja. Ps. Defécit in salutáre tuum. ut infra.


In feriali Officio per Annum Hymnus Rector potens.
 cantatur secundum Tonum ad Primam pag. 18, cum
 Antiph. sequenti. *Ton. VIII. Fin. 2.*



Ad-ju-va me. Ps. Defécit in salutare tuum. ut infra.


Tempore Adventus. Antiph. de Laud. Dominicae, aut
ex propriis Laudibus.

Temp. Quadrag. Antiph. Ton. IV. Fin. 1.



Commendémus nosmet-ípsos. Ps. Defécit in salutáre. ut inf.

Temp. Passionis Antiph. Ton. IV. Fin. 1.



Jesu, fili Mariæ Virginis, miserére nobis.	Jesu patientissime, mis.
Jesu, amábilis, mis.	Jesu obedientissime, mis.
Jesu, admirábilis, mis.	Jesu mitis et húmilis corde, miserére nobis.

Jesu, amátor castitátis, miserére nobis.	Jesu, via et vita nostra, mis.
Jesu, amátor noster, mis.	Jesu, gáudium Angelórum, miserére nobis.
Jesu, Deus pacis, mis.	Jesu, rex Patriarchárum, miserére nobis.
Jesu, auctor vitæ, mis.	Jesu, magíster Apostolórum, miserére nobis.
Jesu, exémpplar virtútum, miserére nobis.	Jesu, doctor Evangelistá- rum, miserére nobis.
Jesu, zelátor animárum, mis.	Jesu, fortitúdo Mártýrum, miserére nobis.
Jesu, Deus noster, mis.	Jesu, lumen Confessórum, miserére nobis.
Jesu, refúgium nostrum, mis.	Jesu, púritas Virgínium, miserére nobis.
Jesu, pater paúperum, mis.	Jesu, coróna Sanctórum ó- mnium, miserére nobis.
Jesu, thesáurus fidélium, miserére nobis.	
Jesu, bone pastor, mis.	
Jesu, lux vera, mis.	
Jesu, sapiéntia ætérna, mis.	
Jesu, bónitas infinita, mis.	



Pro-pí-ti-us e - sto: par-ce no-bis Je-su.
 Pro-pí-ti-us e - sto: ex - aúdi nos Je-su.
 Ab o - mni ma-lo, lí-be-ra nos Je-su.


Ab omni peccáto, líbera.	Per labóres tuos, líbera.
Ab ira tua, líbera.	Per agoníam et passiónem tuam, líbera.
Ab insidiis diáboli, líbera.	Per crucem et derelictiónem tuam, líbera.
A spírítu fornicatiónis, líb.	Per languóres tuos, líbera.
A morte perpétua, líbera.	Per mortem et sepultúram tuam, líbera.
A negléctu inspiratiónum tuárum, líbera.	Per resurrectiónem tuam, líbera.
Per mystérium sanctæ incar- natiónis tuæ, líbera.	Per ascensiónem tuam, líb.
Per nativitém tuam, líb.	Per gáudia tua, líbera.
Per infántiam tuam, líbera.	Per glóriam tuam, líbera.
Per diviníssimam vitam tu- am, líbera.	



A-gnus De - i, qui tol-lis pec-cá-ta mun-di,
 A-gnus De - i, qui tol-lis pec-cá-ta mun-di,
 A-gnus De - i, qui tol-lis pec-cá-ta mun-di,



par-ce no-bis, Je - su.
 ex - aú - di nos, Je - su.
 miserére no-bis, Je - su.




Je - su, au - di nos. Je - su, ex - aú - di nos.

LITANIÆ LAURETANÆ


Beatæ Mariæ Virginis.




Ky - ri - e e - léi-son. Chri-ste e - léi-son.




Ky - ri - e e - léi-son.



Chri-ste au-di nos. Chri-ste ex-aú-di nos.




Pa - ter de cœ - lis De - us, mi - se - ré - re no - bis.
 Fili, Redemptor mun - di De - us, mi - se - ré - re no - bis.
 Spí - ri - tus san - cte De - us, mi - se - ré - re no - bis.
 Sancta Trinitas; u - nus De - us, mi - se - ré - re no - bis.



San - cta Ma - rí - a, o - ra pro no - bis.


Sancta Dei génitrix,	ora.	Mater admirábilis,	ora.
Sancta Virgo virginum,	óra.	Mater Creatóris,	ora.
Mater Christi,	ora.	Mater Salvatóris,	ora.
Mater divínæ grátiae,	ora.	Virgo prudentíssima,	ora.
Mater puríssima,	ora.	Virgo veneránda,	ora.
Mater castíssima,	ora.	Virgo prædicánda,	ora.
Mater invioláta,	ora.	Virgo potens,	ora.
Mater intemeráta,	ora.	Virgo clemens,	ora.
Mater amábilis,	ora.	Virgo fidélis,	ora.




Spé - cu - lum ju - stí - ti - æ, o - ra pro no - bis.

Sedes sapiéntiæ,	ora.	Stella matutína,	ora.
Causa nostræ lætitiæ,	ora.	Salus infirmórum,	ora.
Vas spirituále,	ora.	Refúgium peccatórum,	ora.
Vas honorábile,	ora.	Consolatríx afflictórum,	ora.
Vas insigne devoti ónis,	ora.	Auxílium Christianórum,	ora pro nobis.
Rosa mystica,	ora.	Regína Angelórum,	ora.
Turrís Davídica,	ora.	Regína Patriarchárum,	ora pro nobis.
Domus aúrea,	ora.	Regína Prophetárum,	ora pro nobis.
Fœderis arca,	ora.		
Jánua cœli,	ora.		ora pro nobis.

Regína Apostolorum, ora. Regína Sanctorum omnium,
 Regína Martyrum, ora. ora pro nobis.
 Regína Confessorum, ora. Regína sine labe originali
 Regína Virginum, ora. concépta, ora pro nobis.



Agnus De - i, qui tol - lis pec - cá - ta mun - di,
 Agnus De - i, qui tol - lis pec - cá - ta mun - di,
 Agnus De - i, qui tol - lis pec - cá - ta mun - di,




par - ce no - bis Dó - mi - ne.
 ex - aú - di nos Dó - mi - ne.
 mi - se - ré - re no - bis.



Chri - ste au - di nos. Chri - ste - ex - aú - di nos.



Ky - ri - e e - léi - son. Chri - ste e - léi - son.



Ky - - ri - e e - lé - i - son.




COMMUNIA DIRECTORII.


HActenus cantus totius divini officii, hebdomadario et cantoribus conveniens, ordine Breviarii servato expositus est. Sequitur nunc extrema pars operis titulo COMMUNIA DIRECTORII prænotata, quæ continet generales tonos eorum, quæ ab eisdem hebdomadario et cantoribus, nec non a reliquis adsistentibus, et Missas celebrantibus de more cantari solent. Quæ omnia, quia cum priori parte sine confusione admisceri non poterant, hoc loco ob majorem distinctionem et commodiorem usum choro inservientium seorsum posita et ordinata sunt. Omnia autem ordinate inferiori indice demonstrantur.

AD HORAS CANONICAS.

Tonus Dómine, lábia mea.



V. Dó - mi - ne, lá - bi - a me - a a - pé - ri - es.




R. Et os me - um annun - ti - á - bit laudem tu - am.

Sic semper dicitur, tam in Festis quam in Feriis.

Toni **Deus in adjutorium.**


1. In duplicibus et semiduplicibus ad omnes horas.



V. De - us, in ad - ju - tó - ri - um me - um in - tén - de.

Directorium chori.

(a)




R. Dómi-ne, ad ad-juvándum me fe-stí-na. Glóri-a Patri,



et Fí-li-o, et Spí-ri-tu-i sancto: Sic-ut e-rat in prin-




ci-pi-o, et nunc, et semper, et in sæ-cu-la sæ-cu-




ló-rum. A-men. Al-le-lú-ja.

Sic dicitur Allelúja ad omnes horas per totum Annum, præterquam a Dominica in Septuagesima usque ad Feriam V. in Cœna Domini: tunc enim dicitur:




La-us ti-bi Dó-mi-ne, Rex æ-térnæ gló-ri-æ.


2. In Simplicibus et Feriis ad Matutinum.




V. De-us, in ad-ju-tó-ri-um meum in-tén-de.



R. Dómi-ne, ad ad-juvándum me fe-stí-na. Glóri-a Patri,



et Fí-li-o, et Spí-ri-tu-i sancto: Sicut e-rat in prin-




ci-pi-o, et nunc, et semper, et in sæ-cu-la sæ-cu-



lórum. Amen. A l-le-lú-ja. Vel L aus tibi Dómine ut supra.

3. In Simplicibus et Feriis ad Laudes et ad reliquas Horas.



V. De-us, in ad-ju-tó-ri-um me-um in-tén-de.

R. Dómine, ad adjuvándum. ut supra.

Toni Psalmorum **Venite, exsultémus.**


Psalmus 94.

1.


Ton. I.



Ve-ní - te, ex-sul-témus Dó-mi-no,




ju-bi-lémus De-o sa-lu-tá-ri no-stro: præ-oc-cu-



pémus fá-ci-em e-jus in confes-si-ó-ne, et in psalmis




ju-bi-lé - mus e - i. Quó - ni-am De-us



magnus Dó-minus; et Rex magnus su-per omnes de-os:

(a)*



quó-ni-am non re-pél-let Dó-minus plebem su-am,
 qui-a in ma-nu e-jus sunt omnes fi-nes ter-ræ, et
 al-ti-tú-di-nes món-ti-um ¶ i-pse cón-spi-cit.
 Quó - ni-am i-psí-us est ma-re, et i-pse fe-cit
 il-lud, et á-ridam fun-da-vérunt ma-nus e - jus:
 ve - ní-te a-do-rémus, et proci-dámus an-te De-um:
 plo-rémus co-ram Dó-mi-no, qui fe-cit nos, qui-a i-pse
 est Dó-mi-nus De-us no-ster, nos au-tem pó-pu-lus
 e-jus, et o-ves pá-scu-æ e - jus. Hó - di-e



si vo-cem e-jus au-di-é-ri-tis, no-lí-te ob-du-rá-re
 cor-da ve-stra, si-cut in ex-a-cerba-ti-ó-ne secúndum
 di-em ten-ta-ti-ó-nis in de-sér-to: u-bi tenta-vérunt
 me pa-tres ve-stri, proba-vérunt, et vi-dérunt ó - pe-
 ra me - a. Quadragín - ta an-nis próximus fu-i
 ge-ne-ra-ti-ó-ni hu-ic, et di-xi: Semper hi er-rant
 cor-de: i - psi ve-ro non cogno-vérunt vi-as me-as,
 quibus ju-rá-vi in i - ra me-a, si in-tro-f-bunt in
 ré-qui-em me - am. Gló - ri-a Pa-tri, et



Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i san-cto: Sic-ut e - rat in prin-
 cí-pi-o, et nunc, et semper, et in sæ-cu-la sæ-
 cu-ló - rum. A - men.


Psalmus 94.

2.

Ton. II.



Ve-ní-te, ex-sul-témus Dómi-no, ju-bi-lé-
 mus De-o sa-lu-tá-ri nostro, præoc-cu-pémus fá-ci-
 em e-jus in con-fes-si-ó-ne, et in psalmis ju-bi-
 lé - mus e - . i. Quóni-am De-us magnus Dóminus,
 et Rex magnus su-per omnes de-os, quó-ni-am non
 re-pél-let Dó-minus plebem su-am, qui-a in ma-nu



e-jus sunt o-mnes fi-nes ter-ræ, et al-ti-tú-dines
 mónti-um i-pse cón - spi-cit. Quóni-am i-psí-us est
 ma-re, et i-pse fe-cit il-lud, et á-ridam funda-vé-
 runt manus e-jus: ve-ní-te ad-o-rémus, et proci-dá-
 mus an-te De-um: plo-rémus co-ram Dómi-no, qui fe-
 cit nos, qui-a i-pse est Dó-mi-nus De-us no-ster, nos
 autem pó-pulus e-jus, et o-ves páscu-æ e - jus.
 Hó-di-e si vocem e-jus au-di-é-ri-tis, no-lí-te ob-
 du-rá-re cor-da vestra, sic-ut in ex-a-cerba-ti-ó-ne

se-cúndum di-em ten-ta-ti-ó-nis in desér-to: u-bi
 tenta-vérunt me patres vestri, pro-ba-vérunt, et vi-
 dérunt ó-pe-ra me - a. Quadragín-ta annis próxi-
 mus fu-i ge-ne-ra-ti-ó-ni hu-ic, et di-xi: Semper hi
 errant cor-de: i-psi ve-ro non cognovérunt vi-as meas,
 quibus ju-rá-vi in i-ra me-a, si in-tro-í - bunt in
 réqui-em me - am. Glóri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et
 Spí-ritu-i san-cto: Sicut erat in princí-pi-o, et nunc, et
 semper, et in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum. A - men.

Psalmus 94.

3.

Ton. III.

Vení - te, exsul-témus Dó-mino, ju-bi-
 lémus De-o sa-lu-tá-ri nostro: præoc-cu-pémus fá-ci-
 em e-jus in confes-si-ó-ne, et in psalmis ju-bi-lé -
 mus e - i. Quó-ni-am De-us magnus Dó-minus,
 et Rex magnus super omnes de-os: quóniam non re-
 péllet Dó-minus plebem su-am, qui-a in manu e-jus
 sunt omnes fi-nes ter-ræ, et al-ti-tú-dines móntium
 i - pse cón - spi-cit. Quó-ni-am i-psíus est ma-
 re, et i-psé fe-cit il-lud, et á-ridam funda-vérunt ma-

nus e-jus: ve-ní-te ad-o-rémus, et proci-dámus an-te
 De-um: plorémus coram Dómino, qui fe-cit nos, qui-a
 i-pse est Dóminus De-us noster, nos au-tem pópulus
 e-jus, et o-ves pá - scuæ e - - jus. Hó - di-e
 si vocem e-jus au-di-é - ri-tis, no-lí-te ob-du-rá-re cor-
 da vestra, sicut in ex-acerba-ti-ó-ne secúndum di-em
 tenta-ti-ó-nis in de-sér-to: u-bi tenta-vérunt me patres
 ve-stri, pro-ba-vé-runt, et vi-dé-runt ó - pe-ra
 me - - a. Quadragín-ta an-nis próximus fu-i ge-

ne-ra-ti-ó-ni hu-ic, et di-xi: Semper hi errant corde;
 i-psi ve-ro non cognovérunt vi-as me-as, quibus ju-
 rá-vi in i-ra me-a, si in-tro-í-bunt in ré - quem
 me - - am. Gló - ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-
 rí-tu-i sancto: Sicut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et
 semper, et in sæ-cu-la sæ-cu-ló - rum. A - - men.
 Psalmus 94.


4.

Ton. IV.

Ve-ní-te, exsultémus Dó-mino, ju-bi-lémus
 De-o salu-tá-ri nostro: præoccu-pémus fáciem e-jus in con-
 fes-si-ó-ne, et in psalmis jubi-lé - mus e - - i.

Quóniam De-us magnus Dó-minus, et Rex magnus su-
 per o-mnes de-os: quóni-am non repéllat Dóminus ple-
 bem su-am, qui-a in ma-nu e-jus sunt omnes fi-nes
 ter-ræ, et al-ti-tú-dines mónti-um i - pse cón -
 spicit. Quóniam i-psíus est ma-re, et i-pse fe-cit il-lud,
 et á-ridam funda-vérunt manus e-jus: ve-ní-te ad-o-
 rémus, et proci-dámus an-te De-um: plorémus coram
 Dómino, qui fe-cit nos, qui-a i-pse est Dóminus De-us
 noster, nos autem pópulus e-jus, et o-ves pá - scuæ

e - jus. Hó-di-e si vocem e-jus au-di-é-ritis,
 no-lí-te obdu-rá-re cor-da ve-stra, sic-ut in ex-a-cer-
 ba-ti-ó-ne secúndum di-em ten-ta-ti-ó-nis in desérto:
 u-bi tenta-vérunt me patres ve-stri, proba-vérunt, et
 vi-dérunt ó - pe-ra me - a. Quadragínta annis
 próximus fu-i ge-ne-ra-ti-ó-ni hu-ic, et di-xi: Semper
 hi errant cor-de: i-psi ve-ro non cognovérunt vi-as meas,
 quibus ju-rá-vi in i-ra me-a, si in-troí-bunt in ré -
 qui-em me - am. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et



Spiri-tu-i sancto: Sicut e-rat in princí-pi-o, et nunc,
et semper, et in sæcu-la sæ-cu-lórum. A - men.
Psalmus 94.

5.

Ton. IV.



Veni - te, ex-sul-témus Dó-mi-no, ju-bi-
lémus De-o sa-lu-tá-ri nostro: præoc-cu-pémus fá-ciem
e-jus in confes-si-ó-ne, et in psalmis ju-bi-lé-mus
e - i. Quó - ni-am De-us magnus Dó-minus, et Rex
magnus super omnes de-os: quóni-am non repéllet Dómi-
nus plebem su-am, qui-a in ma-nu e-jus sunt omnes
fines terræ, et al-ti-tú-dines mónti-um i-pse cón -



spi-cit. Quó - ni-am i-psí-us est ma-re, et i-pse fe-cit
il-lud, et á-ridam funda-vérunt manus e-jus: ve-ní-te
ad-o-rémus, et proci-dámus an-te De-um: plorémus
coram Dómino, qui fe-cit nos: qui-a i-pse est Dóminus
De-us noster, nos autem pópulus e-jus, et o-ves pá-
scu-æ e - jus. Hó - di-e si vocem e-jus au-di-é-
ri-tis, no-lí-te obdurá-re corda vestra, sic-ut in ex-a-
cerba-ti-ó-ne secúndum di-em tenta-ti-ó-nis in desérto,
u-bi tenta-vérunt me patres ve-stri, proba-vérunt, et

vi-dérunt ó-pe-ra me - a. Quadragín-ta annis pró-
 ximus fu-i ge-ne-ra-ti-ó-ni hu-ic, et di-xi: Semper
 hi errant corde: i-psi ve-ro non cognovérunt vi-as
 me-as, quibus ju-rá-vi in i-ra me-a, si in-tro-íbunt
 in ré-qui-em me-am. Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o,
 et Spirí-tu-i san-cto: Sic-ut e-rat in prin-cí-pi-o, et nunc,
 et semper, et in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum. A-men.
 Psalmus 94.

6.

Ton. IV.

Vení-te, exsultémus Dó-mi-no, ju-bi-lémus

De-o sa-lu-tá-ri nostro: præoc-cu-pémus fá-ci-em

e-jus in confessi-ó - ne, et in psalmis ju-bi-lé-
 mus e - i. Quóniam Deus magnus Dó-minus, et Rex
 magnus su-per omnes de-os: quóniam non repél-let
 Dó-minus plebem su-am, qui-a in ma-nu e-jus sunt
 o-mnes fi-nes ter-ræ, et al-ti-tú-dines món-ti-um
 i-pse cón - spicit. Quó-ni-am i-psi-us est ma-re, et
 i-pse fe-cit il-lud, et á-ridam funda-vé-runt manus
 e-jus: ve-ní-te ad-o-rémus, et proci-dámus an-te
 De-um: plo-rémus co-ram Dó-mi-no, qui fe-cit nos,
 Directorium chori. (b)

qui-a i-pse est Dómi-nus De-us no-ster, nos au-tem
 pó-pulus e-jus, et o-ves páscu-æ e - jus. Hó-di-e si
 vocem e-jus au-di-é - ri-tis, no-lí-te ob-du-rá - re cor-
 da ve-stra, sic-ut in ex-a-cerba-ti-ó-ne secúndum di-em
 tenta-ti-ó-nis in de-sér-to: u-bi tenta-vé-runt me pa-
 tres ve-stri, pro-ba-vérunt, et vi-dé-runt ó-pe-ra
 me-a. Quadragín-ta an-nis próximus fu-i ge-ne-
 ra-ti-ó-ni hu-ic, et di-xi: Semper hi errant cor-de:
 i-psi ve-ro non cognovérunt vi-as me-as, quibus ju-

rá-vi in i-ra me-a, si in-tro-í-bunt in réqui-em
 me-am. Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o, et Spi-rí - tu - i
 sancto: Sic-ut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et sem-
 per, et in sæ-cu-la sæ-cu-lórum. A - men.
 Psalmus 94.

7.

Ton. V.

Ve-ní - - te, exsul-témus Dómino, ju-bi-lé-
 mus De-o sa-lu-tá-ri nostro: præoc-cu-pémus fá-ci-em
 e-jus in confes-si-ó-ne, et in psalmis ju - bi-lé-
 mus e - - i. Quó - ni-am De-us magnus Dó-
 minus, et Rex magnus super omnes de os: quó-ni-am
 (b)*



non re-pél-let Dóminus plebem su-am, qui-a in ma-nu
e-jus sunt omnes fi-nes ter-ræ, et al-ti-tú-dines món-
ti-um i - pse cón - - spi-cit. Quó - ni-am
i-psi-us est ma-re, et i-pse fe-cit il-lud, et á-ridam
funda-vérunt manus e-jus: ve-ní-te ad-o-rémus, et
proci-dámus an-te Deum: plo-rémus co-ram Dómino,
qui fe-cit nos: qui-a i-pse est Dó - minus De-us no-
ster, nos autem pó-pulus e-jus, et o-ves pá - scu-æ
e - - jus. Hó - di-e si vocem e-jus au-di-



é-ri-tis, no-lí-te ob-du-rá-re cor-da ve-stra, sic-ut
in ex-a-cerba-ti-ó - ne secúndum di-em tenta-ti-ó-nis
in desér-to, u-bi tenta-vérunt me patres ve-stri, pro-
ba-vérunt, et vi-dérunt ó - pe-ra me - a.
Quadra-gín - ta an-nis próximus fu-i ge-ne-ra-ti-ó-
ni hu-ic, et di-xi: Semper hi errant cor-de: i-psi
ve-ro non cognovérunt vi-as me-as, quibus ju-rá-vi
in i-ra me-a, si in-tro-í-bunt in ré - qui-em
me - - am. Gló - ri-a Pa-tri, et Fí-li-o,

et Spí-ri-tu-i sancto: Sic-ut e-rat in princí-pi-o, et
nunc, et sem-per, et in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum.

A - - men.

Psalmus 94.

8.

Ton. VI.


Ve-ní-te, exsul-témus Dómi-no, ju-bi-lé-
mus De-o sa-lu-tá-ri nostro: præoc-cu-pémus fá-ci-em
e-jus in confes-si-ó-ne, et in psal-mis ju-bi-lémus
e-i. Quóni-am De-us magnus Dó-minus, et Rex ma-
gnus su-per omnes de-os: quóni-am non repellet Dómi-
nus plebem su-am, qui-a in manu e-jus sunt omnes fines

ter-ræ, et al-ti-tú-di-nes mónti-um i-pse cónspi-cit.
Quóni-am i-psí-us est ma-re, et i-pse fe-cit il-lud,
et á-ridam funda-vérunt manus e-jus: ve-ní-te ad-o-
ré-mus, et proci-dámus an-te Deum: plo-rémus coram
Dómino, qui fe-cit nos: qui-a i-pse est Dóminus De-us
no-ster, nos au-tem pópulus e-jus, et o-ves páscu-æ
e-jus. Hódi-e si vocem e-jus au-di-é-ri-tis, no-lí-te
obduráre corda vestra, sicut in ex-a-cerba-ti-ó-ne se-
cúndum di-em tenta-ti-ó-nis in desér-to: u-bi tenta-


vérunt me patres ve-stri, proba-vérunt, et vi-dérunt ó-pe-ra
 me-a. Quadraginta annis próximus fu-i ge-ne-ra-ti-ó-ni
 hu-ic, et di-xi: Semper hi errant corde: i-psi ve-ro non
 cognovérunt vi-as me-as, quibus ju-rá-vi in i-ra me-a,
 si in-trof-bunt in réquiem me-am. Glóri-a Pa-tri, et
 Fí-li-o, et Spirí-tu-i sancto: Sicut e-rat in princí-pi-o,
 et nunc, et semper, et in sæ-cu-la sæ-cu-lórum. A-men.
 In Officio Defunct. loco Glória Patri. dicit. Réquiem ætérnam.
 Réquiem æ-térnam do-na e-is, Dómi-ne: et lux perpé-
 tu-a lú-ce-at e-is.

Psalmus 94.


9.
 Ton. VI. Veni-te, exsul-témus Dómino, ju-bi-lémus
 De-o sa-lu-tá-ri nostro: præoc-cu-pémus fá-ci-em
 e-jus in con-fes-si-ó-ne: et in psalmis ju-bi-lémus
 e-i. Quó-niam De-us magnus Dóminus, et Rex
 magnus su-per o-mnes de-os: quó-niam non repellet
 Dóminus plebem su-am, qui-a in ma-nu e-jus sunt o-
 mnes fi-nes terræ, et al-ti-tú-di-nes mónti-um i-pse
 cón-spi-cit. Quó-ni-am i-psú-s est mare, et i-pse
 fe-cit il-lud, et á-ridam funda-vérunt ma-nus e-jus:




ve-ní - te ad-o-rémus, et proci-dámus an-te De-um:




plo-rémus corám Dómino, qui fe-cit nos: qui-a i-pse




est Dóminus De-us noster, nos autem pópulus e-jus,




et o-ves páscu-æ e - jus. Hó - di-e si vocem e-jus




au-di-é-ri-tis, no-lí-te ob-du-rá-re cor-da vestra,




sic - ut in ex-a-cerba-ti-ó-ne secúndum di-em tenta-




ti-ó-nis in de-sér-to: u-bi tenta-vérunt me pa - tres




vestri, proba-vérunt, et vi-dérunt ó-pe-ra me - a.




Quadra-gín-ta annis próximus fu-i ge-ne-ra-ti-ó-ni




hu-ic, et di-xi: Semper hi er-rant corde: i - psi




ve-ro non cognovérunt vi-as me-as, quibus ju-rá-vi




in i - ra me-a, si intro-í-bunt in réquiem me-am.



Gló - ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spirí-tu-i sancto:




Sic - ut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper: et



in sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum. A - men.

Psalmus 94.

10.



Ton. VII.


Ve-ní - te, exsul-témus Dómino, ju-bi-lé-



mus De-o sa-lu-tá-ri no-stro: præoc-cu-pémus fá-ci-em




e-jus in confes-si-ó - ne; et in psalmis ju-bi-lé-mus




e - i. Quó - ni-am De-us magnus Dó-minus,
 et Rex magnus super omnes de - os: quóni-am non re-
 péllit Dóminus plebem su-am, qui-a in manu e-jus sunt
 omnes fi-nes ter-ræ, et al-ti-tú-dines mónti-um i- pse
 cón - - spi-cit. Quó - ni-am i-psíus est mare,
 et i-pse fe-cit il-lud, et á-ridam funda-vérunt manus
 e - jus: ve-ní-te ad-o-rémus, et proci-dámus an-te
 Deum: plorémus coram Dómino, qui fe-cit nos: qui-a
 i-pse est Dóminus De-us no-ster, nos autem pópulus




e-jus, et o-ves pá-scu-æ e - - jus. Hó - di-e
 si vocem e-jus au-di-é-ri-tis, no-lí-te obduráre corda
 ve-stra, sicut in ex-a-cerba-ti-ó-ne secúndum diem ten-
 ta-ti-ó-nis in desérto, u-bi tenta-vérunt me patres ve-
 stri, probavérunt, et vi-dérunt ó - pe-ra me - - a.
 Quadra-gín - ta annis próximus fu-i ge-ne-ra-ti-ó-ni
 hu-ic, et di-xi: Semper hi errant cor-de, i-psi ve-ro
 non cognovérunt vi-as me-as, qui-bus ju-rá-vi in i-ra
 me-a, si in-tro-í-bunt in ré-qui-em me - - am.



Gló - ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spirí-tu-i san-cto:



Sicut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in



sæ-cu-la sæ-cu-ló-rum. A - - men.

TONI PSALMORUM.


Toni Psalmorum sunt duplices: festivi et feriales; inter quos non est alia differentia, nisi quod habeant principia diversa. Monendi sunt cantores Psalmorum, ut in mediatione (ante asteriscum *) et in finali uniuscujusque toni ad eandem syllabam simul cum omnibus cantantibus attollant vocem vel deprimant. Mediatio (ante *) abbreviatur ommissa nota ultima in tono II., IV., V., VI. et VIII., quotiescumque ultimum verbum primæ partis versus sit hebraicum sine flexione (ex. gr. David, Israël, Jacob, sed non Judæ) vel monosyllabum (ex. gr. sum, tu, usquequo).

Pro Festo duplici et semiduplici.

Versus secundus et sequentes cantantur sine initio solemni, ut in fine singulorum tonorum notatur. In festis semiduplicibus et minoribus Antiphonæ ante Psalmos et Cantica solummodo usque ad asteriscum, postea vero integræ dicuntur. Quando Antiphona incipit a primo versu Psalmi; et Psalmus tunc incipitur ab eo verbo, in quo desinit Antiphona, sive integra dicatur, sive tantum inchoata. Hæc verba Antiphonæ non repetuntur in Psalmo: si tamen eadem sint verba, et continuetur Antiphona cum Psalmo, et nisi addatur in fine Antiphonæ Allelúja.

Ton. I.


Fin. 1.



Dixit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is:

Fin. 2.


Fin. 3.



Se-de a dextris me-is: Se-de a dextris me-is:

Fin. 4.

Fin. 5.




Se-de a dextris me-is: Se-de a dextris me-is.

Initium

Vers. II.


et sequ.



Donec ponam in-i-mí-cos tu-os. *

Ton. II.

Fin.




Dixit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris meis.

Initium

Vers. II.


et sequ.



Donec ponam in-i-mí-cos tu-os. *

Ton. III.


Fin. 1.



Dixit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is:

Fin. 2.


Fin. 3.



Se-de a dextris me-is: Se-de a dex-tris me-is.


Fin. 4.

Se-de a dex-tris me-is.


Initium
Vers. II.
et sequ.

Donec ponam in-i-mícos tu-os. *


Ton. IV.

Fin. 1.

Di-xit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is:


*Fin. 2.**Fin. 3.*

Se-de a dextris me-is: Se-de a dextris me-is.


Initium
Vers. II.
et sequ.

Donec ponam i-ni-mícos tu-os. *

Ton. V.


Fin.

Dixit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is.


Initium
Vers. II.
et sequ.

Donec ponam i-ni-mícos tu-os. *

Ton. VI.

Fin.

Di-xit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is.

Initium
Vers. II.
et sequ.

Donec ponam in-i-mícos tu-os. *


Ton. VII.

Fin. 1.


Di-xit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is:

*Fin. 2.**Fin. 3.*

Se-de a dextris me-is: Se-de a dextris me-is:

*Fin. 4.**Fin. 5.*

Se-de a dextris me-is: Se-de a dextris me-is.

Initium
Vers. II.
et sequ.

Donec ponam in-i-mícos tu-os. *


Ton. VIII.

Fin. 1.

Dixit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is:

Fin. 2.

Se-de a dex-tris me-is.

Initium
Vers. II.
et sequ.

Donec ponam in-i-mícos tu-os. *


Directorium chori.

(c)


Toni Psalmorum feriales.

Pro Festo simplici et Feriis.

Ton. I.

Fin. 1.

Dixit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is:


*Fin. 2.**Fin. 3.*

Se-de a dextris me-is: Se-de a dextris me-is:

*Fin. 4.**Fin. 5.*


Se-de a dextris me-is: Se-de a dextris me-is.

Ton. II.


Fin.

Dixit Dóminus Dómino me-o: * Se-de a dextris me-is.


Ton. III.

Fin. 1.

Dixit Dóminus Dómino me-o: * Se-de a dextris me-is:


*Fin. 2.**Fin. 3.*

Se-de a dextris me-is: Se-de a dex-tris me-is:


Fin. 4.

Se-de a dex-tris me-is.

Ton. IV.

Fin. 1.

Dixit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is:

*Fin. 2.**Fin. 3.*

Se-de a dextris me-is: Se-de a dextris me-is.

Ton. V.

Fin.


Dixit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is:

Ton. VI.


Fin.

Dixit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is.

Ton. VII.

Fin. 1.

Dixit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is:

*Fin. 2.**Fin. 3.*

Se-de a dextris me-is: Se-de a dextris me-is.

*Fin. 4.**Fin. 5.*

Se-de a dextris me-is: Se-de a dextris me-is.

(c)*


Ton. VIII.

Fin. 1.



Dixit Dóminus Dómino me-o: * Sede a dextris me-is:


Fin. 2.




Se-de a dextris me-is.

Tonus⁴ Psalmi In éxitu Israël.

Quotiescunque Ps. 113, In éxitu Israël. cantatur cum Antiph. Nos qui vivimus. habet Tonum proprium irregularem, et intonatur ut hic:




In éx-i-tu I-sra-ël de Æ-gy-pto, * domus Jacob




de pó-pu-lo bár-ba-ro.

Vers. II. et sequ.



Facta est Judæ-a sancti-fi-cá-ti-o e-jus, * I-sra-ël



po-té-stas e-jus.

Quando autem Antiph. 5. ad Vesperas est propria, ut in Festis Epiphaniæ et Resurrectionis D. N. J. Chr., Pentecostes et Ss. Trinitatis aut in Dominicis temp. Pasch. tunc Ps. In éxitu Israël. cantatur juxta tonum quem tenet Antiphona.


Toni Canticorum.

Cantica Benedictus. ad Laudes et Magnificat. ad Vesperas inchoantur et decantantur usque ad ultimum versum solemniter, etiam in officio feriali vel Defunctorum, juxta tonos enumeratos in pag. 31* — 34*.

Propter brevitatem vero primi versus Magnificat. variantur intonationes hujus versus ut sequitur:

Ton. I.

Fin. 1.



Magní-fi-cat * á-ni-ma me-a Dó-minum.

Ton. II.


Fin.



Magní-fi-cat * a-ni-ma me-a Dó-minum.

Ton. III.

Fin. 1.



Magní-fi-cat * á-ni-ma me-a Dó-minum.

Ton. IV.


Fin. 1.



Ma-gní-fi-cat * á-ni-ma me-a Dó-minum.

Ton. V.

Fin.



Magní-fi-cat * á-ni-ma me-a Dó-minum.

Ton. VI.


Fin.



Magní-fi-cat * á-ni-ma me-a Dó-minum.

Ton. VII.


Fin.



Ma-gní-fi-cat * á-ni-ma me-a Dó-minum.

Ton. VIII.

Fin.



Ma-gní-fi-cat * á-ni-ma me-a Dó-minum.


Toni Versiculorum.

Absolute quolibet Nocturno ad Matutinum, et Hymno ad Laudes, et Hymno ad Vesperas, Versiculi dicuntur in tonis infrascriptis.

1. In Festo duplici.




V. Constítues eos príncipes super omnem terram, a, am.




R. Mémoires erunt nóminis tu-i, Dómine, e, e.

2. In Festo semiduplici.




V. Di-ri-gátur, Dómine, o-rá-ti-o me-a, a.




R. Sic-ut incénsum in conspéctu tu-o, o.

Hic tonus dicitur etiam in festis solemnibus, duplicibus et semid. ad V. et R. post Resp. brevia horarum minorum.

3. In Festo simplici et diebus ferialibus per totum officium.



V. Dómine in cœ-lo mi-se-ri-córdi-a tu-a.



R. Et vé-ri-tas tu-a usque ad nu-bes.

4. Tribus ultimis diebus Hebdomadæ Sanctæ et in Officio Defunctorum cantantur V. et R. ad Vesp., Matut. et ad Laudes ut hic:




V. Avertántur retrórsus et e-ru-béscant.



R. Qui có-gitant mi-hi ma-la.

In Commemorationibus communibus, et quibuscunque aliis Commemorationibus ad Laudes, et Vesperas, et ad Preces per totum officium, et ad Antiphonas B. M. Virg. quæ dicuntur in fine Officii, nec non alias (sicuti post Litanias, ante Orationem Sanctissimi Sacramenti, quando fit Processio, et similibus actionibus) cantatur:




V. O-ra pro no-bis sancta De-i gé-ni-trix.




R. Ut di-gni ef-fi-ci-á-mur promi-si-ó-nibus Christi.

Advertendum est: Quando ultima dictio Versiculi aut Responsorii in prædictis Commemorationibus erit vox

monosyllaba, aut habebit accentum acutum in fine, tunc semper concluditur in sequenti cantu:




V. Fi-at mi-se-ri-cór-di-a tu-a, Dómi-ne super nos.




R. Quemád-modum spe-rá-vi-mus in te.

Toni **Absolutionum** et **Benedictionum**
ante Lectiones in Officio novem et trium Lectionum.

Post Versiculum cujuslibet Nocturni dicitur:




Pater noster. secreto. V. Et ne nos in-dú-cas in ten-



ta-ti-ónem. R. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.


In I. Nocturno, et pro II. et V. Feria.

Absolu-
tio. 


Exaú-di, Dómi-ne Je-su Christe, preces ser-




vórum tu-órum, et mi-se-ré-re nobis, qui cum Pa-tre



et Spí-ri-tu sancto vi-vis et regnas in sæ-cu-la sæ-cu-




lórum. R. Amen. V. Ju-be Domne be-ne-dí-ce-re.

Benedi-
ctio 1. 

Be-ne-di-cti-ó-ne perpé-tu-a be-ne-dí-cat




nos Pa-ter æ-térnus. R. Amen.




2. U-ni-gé-ni-tus De-i Fí-li-us nos be-ne-dí-ce-re, et



ad-ju-vá-re di-gnétur. R. Amen.




3. Spí-ri-tus San-cti grá-ti-a il-lú-mi-net sensus,




et cor-da no-stra. R. Amen.


In II. Nocturno, et pro III. et VI. Feria.

Absolu-
tio. 

I-psí-us pí-e-tas, et mi-se-ri-cór-di-a nos




ád-ju-vet, qui cum Pa-tre, et Spí-ri-tu Sancto vi-vit




et regnat in sæ-cu-la sæ-cu-lórum. R. Amen.


Benedi-
ctio 4.




De-us Pa-ter o-mní-po-tens sit no-bis pro-



pí-ti-us et clemens. R. Amen.




5. Christus perpé-tu-æ det nobis gaúdi-a vi-tæ. R. Amen.




6. Ignem sui amóris accéndat Deus in córdibus nostris. R. Amen.
In III. Nocturno, et pro Feria IV. et Sabbato.

Absolu-
tio.




A víncu-lis pecca-tórum nostrórum absólvat



nos omnipotens et mi-sé-ricors Dó-minus. R. Amen.


Benedi-
ctio 7.



Evan-gé-li-ca lé-cti-o sit no-bis sa-lus,



et proté-cti-o. R. Amen.



8. Di-vínium auxí-lium máneat semper nobíscum. R. Amen.



9. Ad so-ci-e-tá-tem cí-vi-um su-per-nórum per-dú-



cat nos Rex An-ge-lórum. R. Amen.

Si Officium fit de Sancto novem Lectionum, octava Benedictio erit:



Cu-jus Festum có-li-mus, i-pse (vel ipsa) in-tercédant




pro no-bis ad Dó-minum. R. Amen.

Quando sunt plures, dicitur: Quorum, vel Quarum Festum cólimus, ipsi, vel ipsæ intercédant pro nobis ad Dóminum.


Si Officium fit de S. Maria. octava Benedictio erit: Cujus Festum cólimus, ipsa Virgo Vírginum intercédant pro nobis ad Dóminum.

Si in ultima lectione legendum sit aliud Evangelium cum Homilia, nona Benedictio erit:



Per evangé-li-ca dicta de-le-ántur nostra de-lícta. R. Amen.

In Officio trium Lectionum dicuntur Absolutiones et Benedictiones prædictæ ordine superius descripto: et in eo, quando non legitur Homilia cum Evangelio, et Benedictiones sumendæ sunt de tertio Nocturno, prima Benedictio dicitur:



1. Il-le nos benedícat, qui sine fi-ne vivit, et regnat. R. Amen.

2. Divínium auxili-um. ut supra. 8. pag. 43*.

3. Ad societátem. ut supra. 9. pag. 43*.

In Officio trium Lectionum, quando legitur Homilia cum Evangelio, prima Benedictio erit:

Evangélica léctio. ut supra. 7. pag. 42*.

2. Divínium auxili-um. ut supra. 8. pag. 43*.

3. Ad societátem. ut supra. 9. pag. 43*.


Si Officium fit de Sancto trium Lectionum, prima Benedictio erit: Ille nos benedícat. ut supra.

2. Cujus vel Quorum. ut supra. pag. 43*.

3. Ad societátem. ut supra. 9. pag. 43*.

In Officio de S. Maria in Sabbato, Absolutio et Benedictiones, quæ ibidem ponuntur.

Tonus Lectionis.



De A-cti-bus A-po-sto-ló-rum.



Petrus au-tem et Jo-án-nes a-scendébant in templum




ad horam o-ra-ti-ó-nis nonam. Et quidam vir, qui




e-rat claudus ex ú-te-ro ma-tris su-æ, ba-ju-la-bá-




tur: quem po-nébant quo-tí-di-e ad portam templi,




quæ dí-ci-tur speci-ó-sa, ut pé-te-ret e-le-e-mó-synam



ab in-tro-e-ún-ti-bus in templum. Is, cum vi-dís-set



Petrum et Jo-ánnem in-ci-pi-én-tes in-tro-i-re in tem-



plum, ro-gá-bat, ut e-le-e-mó-synam ac-cí-pe-ret.



In-tuens autem in e-um Petrus cum Jo-án-ne, dí-xit:




Réspi-ce in nos. At il-le in-ten-dé-bat in e-os, spe-



rans se á-liquid ac-ce-ptúrum ab e-is.

Sic semper terminantur Lectiones, nisi aliter signetur.



Tu autem, Dómine, mi-se-ré-re nobis. R. De-o gráti-as.


In eodem Tono cantatur Lectio brevis ad Primam et ad Completorium.

Adverte, quod si faciendum sit punctum in voce monosyllaba, aut in dictione habente in fine accentum acutum,

servatur idem Tonus in Lectione qui supra positus est in Versiculis ad Commemorationes. Si autem occurrerit in loco puncti interrogativum, cantabitur in subscripto Tono, etiamsi vocem monosyllabam sequitur interrogativum.



Quis potest fá-ce-re mundum de immúndo concéptum




sé-mi-ne? Nonne tu, qui so-lus es?

Tribus ultimis diebus Hebdomadæ Sanctæ et in Officio Defunctorum Lectiones cantantur eodem modo quo Prophetiæ. Vide infra. pag. 65 .

Tonus Hymni

Ss. Ambrosii et Augustini.


Sequens Hymnus semper dicitur post ultimam Lectionem in Dominicis et Festis tantum.




Te De-um lau-dá-mus: te Dó-minum confi-témur.



Te æ-térnum Pa-trem omnis ter-ra ve-ne-rá-tur.




Ti-bi omnes An-ge-li, ti-bi cœ-li et u-nivér-sæ po-




te-státes. Ti-bi Chérubim et Sé-raphim, in-ces-sá-bi-li




vo-ce proclámant: San - - ctus, San - - ctus,




Sanctus Dóminus Deus Sábaoth. Pleni sunt cœ-li et




ter-ra ma-je-státis gló-ri-æ tu-æ. Te glori-ó-sus



A-posto-ló-rum chorus, Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis




númerus. Te Mártyrum candi-dá-tus laudat ex-ér-



ci-tus. Te per' orbem ter-rá-rum sancta confi-té-tur



Ecclé-si-a. Pa-trem immén-sæ ma-je-stá-tis.



Venerándum tu-um ve-rum et ú-nicum Fí-li-um.



San-ctum quoque Pa-rá- cli-tum Spíritum. Tu Rex

gló-ri-æ, Christe. Tu Patris sempi-térnus es Fí-li-us.

Tu ad li-berándum su-sceptúrus hó-minem, non hor-
ru-í-sti Vírginis ú-terum. Tu, de-ví-cto mortis a-
cú-le-o, a-pe-ru-í-sti credén-tibus regna cœ-lórum.

Tu ad délixteram De-i se-des, in gló-ri-a Pa-tris.

Ju - dex créde-ris es-se ven-tú-rus. Te er-go quæ-
sumus, tu-is fámulis súbve-ni, quos pre-ti-ó-so sán-
gui-ne re-de-mí-sti. Ætér-na fac cum Sanctis tu-
is in gló-ri-a nume-rá - ri. Salvum fac pópulum tuum,


Dómi-ne: et bé-nedic hæ-re-di-tá-ti tu - æ. Et
re-ge e-os: et ex-tól-le il-los us-que in æ-térnum.

Per sín-gu-los di - es be-ne-dí-ci-mus te. Et lau-dá-
mus nomen tu-um in sæ-culum, et in sæ-cu-lum sæ-
cu-li. Di-gná-re, Dómi-ne, di-e i-sto si-ne peccá-
to nos cu-sto-dí-re. Mi-se-ré-re nostri, Dómi-ne:
mise-ré-re nostri. Fi-at mise-ricórdi-a tu-a, Dómine, su-
per nos, quemádmodum sperá-vimus in te. In te, Dómi-
ne, sperá - vi: nōn confúndar in æ-tér - num.


Directorium chori.

(d)


Tonus Capituli.




Misit Heródes rex manus, ut af-fli-ge-ret quosdam de



Ecclé-si-a. Oc-cí-dit autem Ja-cóbum fratrem Jo-án-



nis glá-di-o. Videns autem qui-a placéret Judæ-is,




appósu-it ut apprehénderet et Petrum. R. Deo grá-ti-as.

Quando ultima dictio Capituli, erit vox monosyllaba, sicut in Capitulo Surge, illuminare Jerúsalem. in Epiphania Domini, aut habebit accentum acutum in fine, sicut in Capitulo, Regi sæculórum. ad Primam, tunc Capitulum concluditur in sequenti Tono.



Su-per te or-ta est. R. De-o grá-ti-as.



In sæ-cu-la sæ-cu-lórum. Amen. R. De-o grá-ti-as.

Si occurrerit interrogativum, in medio vel fine, servatur Tonus in Capitulo, qui supra in Lectione.

De Tonis Orationum.

Toni Orationum sunt tres, festivus, simplex ferialis et ferialis.

1. De Tono festivo.

Orationes dicuntur in Tono festivo, quando Officium est duplex, vel semiduplex, vel de Dominica in Matutinis, Missis et Vesperis. His exceptis semper dicuntur in Tono feriali.


In Tono festivo duæ fieri solent variationes. Prima est *fa, mi, re, fa*, et dicitur punctum principale, secunda est *fa, mi*, et dicitur semipunctum.

Punctum principale fit concluso sensu illius clausulæ, quæ primam orationis partem terminat, vocem retinendo, et aliquantulum respirando, servato tamen cantu superioris regulæ. Semipunctum fit eodem modo in sequenti clausula, posito cantu *fa, mi*, et hoc intelligitur, quando Oratio est ita longa, ut possit recipere duas variationes. Sin autem erit brevior, tunc fiet tantum punctum principale. Numquam primo fit semipunctum, sed tamdiu prosequitur, donec invento primæ clausulæ verbo cantetur punctum principale, postea semipunctum. Sed quando Oratio est brevissima, ut exempli gratia sancti Callisti Oratio tunc omitteatur semipunctum. Semipuncto peracto, quamvis diversæ sequentur clausulæ, amplius non fit punctum vel semipunctum. Præter hæc puncta, quoties occurrunt virgulæ, nota *fa* est parum sustentanda in penultima, aut, quando hæc est brevis in antepenultima.

Quando ventum erit ad finem orationis nota *fa*, in penultima dictione paulo amplius quam in virgulis, sustentari debet, per inde ac semiduplicaretur vocalis, in qua prædicta nota sustentatur.


Conclusiones Toni festivi quando sunt *Per Dóminum* et *Per eúndem Dóminum*, semipunctum fit ad *tuum*, et punctum principale ad *sancti Deus*. Quando sunt *Qui tecum*, et *Qui vivis*, fit tantum punctum principale ad *Sancti Deus*, sicut habetur in sequenti exemplo.

Semper et ubique sic cantatur *Dóminus vobiscum*.




Dóminus vobiscum. R. Et cum spí-ri-tu tu-o. O-rémus.


(d)*




De-us, qui ho-di-érnam di-em A-posto-lórum tu-órum




Petri et Pauli marty-ri-o consecrásti: da Ecclé-si-æ




tu-æ e-órum in ómnibus sequi præceptum; per quos




re-li-gi-ó-nis sumpsit ex-ór-di-um. Per Dóminum no-



strum Jesum Christum, Fí-li-um tu-um: qui tecum vivit



et regnat in u-ni-tá-te Spí-ritus sancti Deus, per ó-



mnia sæ-cu-la sæ-cu-lórum. R. Amen.


2. De Tono simplici feriali.

Quo utimur in Festis simplicibus, diebus ferialibus et in Missis Defunctorum.


Oratio Toni ferialis dicitur in voce æquali. In loco puncti principalis et semipuncti fit tantum pausa et respiratio; fiunt virgulæ et finales, ut in Tono festivo.

Idem observatur in conclusionibus. **Per Dóminum.** **Per eúndem.** **Qui vivis,** et **Qui tecum.** quemadmodum vides in exemplo infrascripto.

Hoc Tono utimur semper, quando Orationes dicendæ in Tono feriali terminantur cum clausula majori, ut sunt: **Per Dóminum,** **Per eúndem Dóminum,** et **Qui tecum.**




Dóminus vobíscum. R. Et cum spí-ri-tu tu-o. O-rémus.




Præsta, quæsumus o-mní-potens De-us: ut qui be-á-ti




Valen-tí-ni Márti-ris tu-i na-ta-lí-ti-a có-limus, in-



terces-si-ó-ne e-jus in tu-i nóminis a-mó-re ro-bo-ré-



mur. Per Dó-mi-num nostrum Je-sum Christum Fí-li-um



tu-um, qui te-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te Spí-




ri-tus sancti De-us. Per ó-mni-a sæ-cu-la sæ-cu-lórum.

Ante Orationem sæpius dicuntur sequentia.

Sacerdos.


Diaconus.

Subdiaconus.



O-ré-mus. Flectámus gé-nu-a. Le-vá-te.

Ante Orationem super populum Diaconus dicit.



Hu-mi-li-á-te cá-pi-ta ve-stra De-o.


3. De Tono feriali.

Sequens Tonus ferialis inservit pro Orationibus positus in fine Psalterii, post Antiphonas Beatæ Mariæ, pro Oratione Dirigere ad Primam, et pro Orationibus in Officio Defunctorum, quando habent **clausulam minorem**. In omnibus convenit cum Tono superiori, præterquam, quod in fine penultima sillaba semper declinatur de fa ad re, ut habetur in exemplo.


Inservit etiam pro Orationibus Litaniarum, Aspersiois aquæ benedictæ in Dominicis, et si quæ sunt aliæ hujusmodi, ut est oratio post pedum ablutionem, et orationes omnes in benedictionibus candelarum, cinerum et olivarum, tam ante quam post benedictiones, quando terminantur cum **clausula minori**. Oratio Libera nos. et omnes quæ ante Missam Sabbati Sancti habentur (et pro benedictione fontium) cantantur sub Tono simplici feriali, quæ vero notantur pro benedictione ignis et incensi leguntur.

Notandum est quoque, quod terminatio finalis de fa ad re fit tantum in ultima Oratione. Eadem terminatio fit in omnibus conclusionibus prædictarum Orationum, quæ sunt: Per Christum Dóminum nostrum, Per eúndem Christum Dóminum nostrum, et Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

Exemplum Toni ferialis.




Concé-de mi-sé-ricors De-us fra-gi-li-tá-ti nostræ præ-




sí-di-um: ut qui sanctæ De-i ge-ni-trí-cis memó-ri-am



á-gimus, in-terces-si-ó-nis e-jus au-xí-li-o a nostris



i-niqui-tá-ti-bus resurgámus. Per e-úndem Christum



Dóminum nostrum. R. Amen.

Toni Benedicamus Dómino pro Officio.


Sequentes Benedicamus dicuntur in fine Laudum (aut Matutini) et ad Vesperas tantum. Respondetur eodem modo Deo grátias.

1. In Festo solemn. (Dupl. I. class.)




V. Benedicamus Dó - ó - ó - - ó - ó - mi-no.
R. De - - - o - o - o - - o - grá - ti-as.

2. De Beata Virgine et per totam Octavam Corporis Christi et Nativitatis ejusdem.




V. Be - ne-di-cá-mus Dó - - mi-no.
R. De - - - o grá - - ti-as.

3. De Apostolis, et in festis duplicibus.




V. Benedi-cá-mus Dó - ó - - ó - - mi-no.
R. De - o - o - o - o - grá-ti-as.

4. De Dóminica per totum annum, in festis semiduplicibus, ac infra Octavas, quæ non sunt B. Virg.




V. Be-ne-di-cámus Dó - - mi-no.
R. De - - o grá - - ti-as.

5. Temp. Pasch., incipiendo a Vesperis Sabbati Sancti usque ad Vesperas Sabbati sequentis exclusive.



V. Bene-di-cámus Dómino, al-le-lú-ja, al-le - lú - ja.
R. De-o grá-ti-as, al-le-lú-ja, al-le - lú - ja.

6. In Festis simpl. ad Matutinum, Laudes et Vesperas.



V. Bene-di-cá - mus Dó - mi-no.
R. De - - o grá - ti-as.

7. In feriali Officio per totum annum ad Vesperas, Matutinum et Laudes.



V. Bene-di-cámus Dó-mi-no.
R. De - - o grá-ti-as.

8. Sequens Benedicámus dicitur in fine Orationum, tam in Festis solemnibus et duplicibus, quam in semiduplicibus, simplicibus et feriis ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam et ad Completorium.



V. Bene-di-cámus Dó-mi-no.
R. De-o grá-ti - as.

ad horas minores.

Ad Matutinum, Laudes et Vesperas Hymni semper cantantur in tonis propriis, nisi ratione aliquarum Solemnitatum, vel Octavarum incidentium, vel temporis paschalis. Excipe tonum Hymni Vesperarum pro Dominicis infra annum, qui semper dicitur super Hymnum Lucis Creátor óptime., licet esset infra Octavam.

Hymni pro horis minoribus, videlicet Prima, Tertia, Sexta, Nona et Completorio cantantur semper sub tono Solemnitatum occurrentium, dummodo (quod semper intelligendum est) sint ejusdem metri.

Præter hanc regulam generalem circa Hymnorum tonis pro horis minoribus observanda erunt ea, quæ hic adnotantur.

Temp. Adventus et Quadrag., tam in Dominicis quam in Feriis ad dictas horas Hymni debent cantari super tonum Hymnorum Laudum, dummodo Officium sit de Tempore, alias non; Passionis vero tempore super Vexilla Regis pródeunt.

In Nativitate Domini, ejus Octava, et in Festis tunc occurrentibus dicuntur super Jesu Redemptor ómnium.

In Epiphania Domini, per totam Octavam et in Festis occurrentibus cantantur super Crudélis Heródes.

Temp. pasch. et in Festis occurrent. super tonum pasch.

In Ascensione, per totam Octavam, et in Festis occurrentibus super Salútis humanæ sator.

In Festo Pentec. et per totam Octav. super Jam Christus astra ascénderat; excepta Tertia, quæ proprium habet tonum.

In Festo Ss. Trinitatis super Jam sol recédit igneus.

In Solemnitate Corporis Christi, per totam Octavam et in Festis occurrentibus super Quem terra, pontus, sídera.

In Transfiguratione Domini super Salútis humanæ sator.

In omnibus Festis B. M. V., et quando de ea fit Officium in Sabbato super Quem terra, pontus, sídera.

In Festo omnium Sanctorum, per totam Octavam et in Festis occurrentibus sub tono Placáre, Christe, sérvulis.

In Festo Invent. S. Crucis (scil. temp. Pasch.) sub tono pasch.

In Festo Exaltationis S. Crucis (mense Septembri) sub tono Quem terra, pontus, sídera. ob Octavam Nativitatis B. M. V. Extra hanc Octavam dicitur sub tono Vexilla regis.

In Festis Apostolorum et Evangelistarum, et in Festis duplicibus non habentibus Hymnos talis metri, ut possint cantari ad horas ex. gr. in Festo Nativitatis S. Joannis Bapt., Dedicacionis S. Michaélis Archang., Angelorum Custodum,

Dedicationis Ecclesiæ, et infra illorum Octavas et quando celebratur Officium de Comuni plurimorum Martyrum sub ritu duplici Hymni ad horas minores cantantur sub tono *Ætérna Christi múnera*. ut in Comm. Apost. ad Matutinum; infra Octavam vero plurimorum Mart. sub tono *Rex glorióse Mártyrum*. ut in eodem Communi ad Laudes.

In Festis plurim. Mart. ritu *semiduplici et simplici*, Conf. Pont. et non Pont., Virginum et non Virginum tam ritu duplici quam semid. et simpl. dicuntur sub tono *Rex glorióse Mártyrum*.


Quando Vesperæ fiunt a Capitulo de alio Festo aut Sancto, tonus Hymni ad Completorium debet esse illius Festi aut Sancti, cujus celebratum est Capitulum ad Vesperas, nisi ultimus versus Hymni præcedentium Vesperarum esset proprius, quia tunc servari debet tonus antecedentis Festi; quando igitur ex. gr. concurrunt duæ Octavæ, servatur tonus Octavæ prædominantis.

Ad majorem commoditatem toni Hymnorum pro horis minoribus singulorum Festorum in hoc Directorio in suis locis accuratius indicantur.


Toni „Responsorii brevis“ ad horas.

Quando tonus Responsorii brevis in hoc Directorio non notatur cum cantu proprio, observantur toni sequentes, variando melodiam ad vocalem majus impressum.


1. Per Annum (quando non dicuntur duo Allelúja).



R. br. *Constítu-es e-os prínci-pes, * Super o-mnem terram.*
Et repet.: *Constítues eos príncípes super omnem terram.*




V. *Mémoires e-runt nóminis tu-i Dómi-ne.*
R. *Super omnem terram. ut supra.*




V. *Glóri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spí-ri-tu-i sancto.*
R. *Constítues eos príncípes, super omnem terram. ut supra.*


2. Temp. Paschali, et quando dicuntur duo Allelúja.



R. br. *Sancti et justí in Dómino gaudéte, * Alle-lúja, al-le-lúja.*
Et repetitur: *Sancti et justí.*




V. *Vos e-légit Deus in hære-di-tátem si-bi. R. Allelúja, allelúja.*




V. *Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spí-ri-tu-i sancto.*
R. *Sancti et justí. ut supra.*

Tonus Martyrologii.

Tonus cantandi Martyrologium per totum annum est sicuti tonus Lectionis pag. 44* excepta Vigilia Nativitatis Domini. Ritus pro hac die in Martyrologio præscriptum observans, Sacerdos deputatus incipit solito tono:




Octávo Kaléndas Ja-nu-á-ri-i. Lu-na sexta. Anno a




cre-a-ti-ó-ne mundi, quando in prin-cí-pi-o De-us etc.

Et sic prosequitur in eadem voce, quia non habetur punctum principale usque ad clausulam sequentem, ad quam vox elevatur ut infra.



In Bétlehem Judæ nascitur ex Marí-a Vírgine factus homo.


Cum dicitur factus homo. omnes genuflectunt. Sequens autem clausula cantatur in priori voce, sed in tono Passionis, videlicet:




Na-tí-vitas Dómi-ni nostri Jesu Christi secúndum carnem.

Cantata clausula ista, Sacerdos discedit cum ministris, alter vero in choro subintrat in tono et voce sicuti a principio, qui est tonus Lectionis, et prosequitur observando omnia ut dictum est supra pag. 44* in tono Lectionis.

Martyrologium concluditur semper cum sequ. clausula:




Et á-li-bi a-li-órum plurimórum sanctórum Mártyrum,



et Confessórum atque sanctárum Vírginum. R. Deo grátias.


Toni Antiphonarum B. Mariæ Virg.

Antiph. B. M. singulæ dicuntur pro temporis diversitate, ut hic annotatur, præterquam in triduo majoris Hebdomadæ ante Pascha. In Choro semper dicuntur, quandoque terminata aliqua Hora discedendum est a Choro, et tunc post V. Fidélium, et Pater noster, secreto. dicitur:




V. Dóminus det nobis suam pacem. R. Et vitam ætérnam. Amen.

A Vesp. Sabbati ante Dominicam primam Adventus usque ad Purificationem inclusive, Antiphona.



A - l - ma Redemptó-ris Ma - ter, quæ



pér - vi-a cœ - li por - ta ma - nes, et




stel - la ma - ris succúr-re cadénti, súrge-re qui



cu - rat, pópu-lo: tu quæ ge-nu - í - sti, na-



tú - ra mi-rán-te, tu-um sanctum Ge - ni - tó - rem,



Vir - go pri - us ac po-sté - rius, Gabri - é - lis ab




o - re sumens illud Ave, peccató-rum misè-ré - re.

In Adventu. V. Angelus Dómini nuntiávit Mariæ,
R. Et concépit de Spíritu sancto.

A primis Vesperis Nativitatis, et deinceps,
V. Post partum Virgo invioláta permansisti.
R. Dei Génitrix intercède pro nobis.

Post Purificationem, idest a fine Completorii illius diei, usque ad feriam quintam in Cœna Domini exclusive, Antiphona.



A - ve, Re-gí-na cœ-ló-rum, A - ve Dó-mina


Ange-ló - rum. Sal - ve radix, sal-ve por-ta ex
 qua mun-do lux est or - ta. Gaude, Virgo glo-ri-
 ó - sa, su - per ó - mnes speci-ó - sa: Va - le,
 o valde de-có-ra, et pro no - bis Christum ex - ó - ra.
 V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata.
 R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.
 A Completorio Sabbati sancti usque ad Nonam Sab-
 bati post Pentecosten inclusive, Antiphona.

Regi-na cae-li, lae-tá - re, al-le-lú-ja, qui-a quem
 me-ru-í - sti por - tá - re, al-le-lú - ja. Resurré -
 xit, sic-ut di-xit, al-le - lú - ja. O-ra pro no - bis

De-um, al-le - - - - lú-ja.
 V. Gaude et laetare, Virgo Maria, allelúja.
 R. Quia surrexit Dominus vere, allelúja.

A primis Vesperis Festi Ss. Trinitatis usque ad Nonam
 Sabbati ante Adventum, Antiphona.

Sal-ve, Re-gí - - na, Mater mise-ri-cór - di-æ,
 vi - ta, dul-cé - - do et spes no - stra, sal - ve.
 Ad te cla-má - mus éx-u - les fi-li-i He-væ.
 Ad te su-spi-rá - mus geméntes et fien-tes in hac
 la-cry-márum val - le. E-ja er-go, ad-vo-cá - ta
 nostra, il - los tu - os mise-ri-cór - des ó - cu-
 los ad nos con - vér - te. Et Jesum, be-ne-dí -
 ctum fructum ventris tu - i, no - bis post hoc ex-
 í - li - um o - stén-de. O cle-mens, O



pi - a. O dul - cis Vir - go Ma - ri - a.


V. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.

R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

AD MISSAM.


Ad Aspersiorem aquæ benedictæ

in Dominicis per totum annum extra tempus Paschale Sacerdos intonat Antiph.



- sper - ges me.

Tempore Paschali, scilicet a Dominica Paschæ usque ad Pentecosten inclusive, Sacerdos intonat Antiph.



Vi - di a - quam.


Toni Glória in excelsis Deo.

1. In Festis solemnibus et duplicibus.




Gló - ri - a in ex - cél - sis De - o.

2. In Missis B. Mariæ, et per totam Octavam Corporis Christi et Nativitatis ejusdem.



Gló - ri - a in ex - cél - sis De - o.

3. In Dominicis, Festis semiduplicibus et infra Octavas, quæ non sunt Beatæ Mariæ.



Gló - ri - a in ex - cél - sis De - o.

4. In Festis Simplicibus.




Gló - ri - a in ex - cél - sis De - o.

Tonus Prophetiæ.


Tonus Prophetiæ convenit in omnibus cum Tono Lectionis (pag. 44*), præterquam in ultimo puncto, ubi non declinatur sicut in aliis, sed vox æqualiter cum aliqua mora et impulsu continuatur, ut apparet in exemplo infra-scripto. Si vero erit monosyllaba vel accentus acutus in fine alicujus dictionis, servetur quod de Lectione dictum est, præterquam ad finem, quia semper terminatur, ut in exemplo inferiori.




Lé - cti - o li - bri Le - ví - ti - ci. In di - é - bus il - lis, di - xit




Dó - mi - nus ad Mó - y - sen. Ló - que - re fi - li - is I - sra - òl,



et di - ces ad e - os. Ambu - lá - bo in - ter vos, et e - ro.




vester De - us: vosque é - ri - tis pó - pu - lus me - us; di - cit




Dó - mi - nus o - mní - po - tens.

Directorium chori.


(e)

Tonus **Epistolæ.**

Lé-cti-o Li-bri Sa-pi-én-ti-æ. Di-léctus De-o et ho-




mí-nibus, cujus memó-ri-a in be-ne-di-cti-ó-ne est... Et



dedit il-li coram præcépta, et legem vi-tæ et disciplínæ.

Si in Epistola vel Evangelio in loco puncti occurrerit interrogativum, servatur Tonus solitus interrogativi, qui supra positus est in Tono Lectionis pag. 46*, nil autem dicitur de monosyllaba vel accentu acuto, quibus concluditur punctum principale, quia in Tono Epistolæ non observantur, ut patet in superiori exemplo. In Evangelio vero punctum principale idem est, ut fit ad monosyllabam in Versiculis pag. 40*.

Tonus **Evangelii.**


Dóminus vo-bíscum. Sequénti - a sancti Evangé-li - i



se-cúndum Matthæum. In il-lo témpo-re di-xit Simon



Petrus ad Jesum: Ec-ce nos re - lí-quimus ó-mni-a, et



se - cú - ti su - mus te, quid er - go e - rit no - bis?.. Et



vi - tam æ - tér - nam pos - si - dé - bit.


Notandum est quoad vocis depressionem in faciendis punctis principalibus pro regula generali, quod non fit depressio vocis a fa ad re ante sextam syllabam, nec post quartam. Et sic communiter nota re erit in sexta vel quarta syllaba ad finem clausulæ. Ut plurimum tamen videtur magis convenire, ut fiat depressio super quartam.

Tonus **Passionis.**

Pás - si - o Dó - mi - ni no - stri Je - su Christi se - cúndum




Matthæ - um. In il - lo témpo - re di - xit Je - sus di -



scí - pu - lis su - is. † Sci - - tis, qui - a post




bí - du - um Pascha fi - et: et Fí - li - us hó - mi - nis



tra - dé - tur, ut cru - ci - fi - gá - - tur... (e)*




C Di-cébant au-tem. S Non in di-e fe-sto: ne for-te



tu-múl-tus fi-e-ret in pó - - pu-lo....



C Je-sus au-tem í - te-rum clamans vo-ce ma-gna:




Hic pausatur
aliquantulum et
genuflectitur.


e - mí-sit spí-ri-tum.



C Et ec-ce ve-lum templi scissum est. . . E-rant au-tem




